Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Nikolaus Wilhelm Schroeder

# Institvtiones Ad Fvndamenta Chaldaismi Biblici Brevissime Concinnatae

Vlmae: Vlmae: In Officin. Librar. Stettiniana: Ex Officina Wagneri, 1787

**http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn863031765**

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn863031765/phys_0001
DFG

C I c – 2054. 1, 2.

994 b

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn863031765/phys_0002
DFG

# INSTITVTIONES

AD

# FVNDAMENTA

## CHALDAISMI BIBLICI

## BREVISSIME CONCINNATAE.



VLMAE, 1787.

IN OFFICIN. LIBRAR. STETTINIANA.

Universitäts Bibliothek Rostock

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn863031765/phys_0005

DFG

Bibliotheca Academiae Rostochiensis



# PRAEFATIO.

Quemadmodum aliae quaecunque artes atque disciplinae, ita et grammatica Linguae Hebraeae, longa cultura paulatim expolita est, et a rudioribus initiis ad iucundum quendam nitorem perducta. Non quidem eam neglexerunt, per plura abhinc saecula, Iudaeorum doctores, valde tamen imperfectam, et maximis defectibus laborantem, tradiderunt. Felicius, post renatas literas, in ea excolenda versati sunt nostrates eruditi, praesertim recentiores, et, quo pro-

pius quique ab his noſtris temporibus abfuerunt, eo fere accuratius et emendatius eam expoſuerunt.

Hos inter inſignibus meritis et laudibus eminere celeberrimum A. SCHVLTENSIVM, cui vniuerſa literatura Orientalis immenſum quantum debet, latere neminem poteſt. Cum enim ad pernoſcendam veram indolem Sermonis Hebraei, olim quidem opulenti, nunc autem in tenuibus tantum reliquiis, quas vnus ſacer Codex continet, conſeruati, maximam vtilitatem adferant veteres Dialecti, intima cognatione cum eo coniunctae; Vir ille ſummus opportuno hoc ſubſidio, quo alii vel deſtituti, vel non ſatis inſtructi, fuerant in ſuis, quas edidit, *Inſtitutionibus* tam felici vſus eſt ſucceſſu, vt rem grammaticam no-

ua

ua luce perfuderit, et a naeuis non paucis, qui eam adhuc deformabant, liberauerit. Ac praesertim quidem omnem curam et industriam in id intendit, vt praeclarum illud, sed multis adhuc anomaliis obscuratum, analogiae decus, sine quo nullius Linguae intermortuae principia satis euidentia atque certa esse possunt, Grammaticae Hebraeae tandem restitueret et vindicaret.

Etsi vero tanta laus et praestantia est operis huius Schultensiani, diffiteri tamen haud possum, id mihi non adeo exercitiis academicis, quibus iuuenes tirocinio imbuendi sunt, quam quidem adiuuandis et promouendis eruditiorum studiis, accommodatum videri. Nam non tantum plurima continet, quae profundioris sint disquisi-

tionis, et ab ingeniis vsu nondum exercitatis difficulter percipiantur; sed etiam amplior atque diffusior est commentarius, quam quem statis, et praefinito quotannis tempore absoluendis praelectionibus commode satis emetiri queas.

Hoc incommodo cum, inter docendum, non obscure intellexerim retardari discentium progressus, animum tandem induxi, edita quadam huius disciplinae epitoma, viam, quam Vir ille clarissimus aperuit et emuniuit, auditoribus meis aliquanto reddere planiorem et faciliorem.

Quod ipsum cum hoc opusculo praestare conatus fuerim, hanc mihi praecipuam legem praescripsi, vt simul praecepta grammatica ad iustam, quoad possem, analogiae normam exigerem

igerem, et quaecunque a Schultenſio, vel aliis eruditis, hanc in rem egregie obſeruata ſunt, in vſus meos conuerterem, ſimul breuitatis ſtudio tantum concederem, quantum perſpicuitatis habenda ratio permitteret.

Praeceptorum cauſas, quando in promtu erant, neque nimis longam, aut difficilem, demonſtrationem requirebant, adiicere haud neglexi, quod non tantum memoriae ſubleuandae, et iudicio acuendo, inſeruiant, ſed ipſam quoque Linguae indolem penitius praebeant introſpiciendam.

Ordinem regularum non eundem tenui, quem Cl. Schultenſius, ſed, prout fini, quem mihi propoſui, maxime conueniret, immutaui. Quasdam enim regulas, tironibus minus neceſſarias, omiſi; nonnullas loco magis

opportuno, vbi, ope praecedentium, facilius intelligerentur, exhibui; aliquas longiores, et praeceptorum numero moleſtas, in plures breuiores dispertiui; paucas denique nouas adieci, quae difficiliora quaedam paulo plenius declararent, aut ſubſequentibus, quaſi fundamenti loco, praeſtruerentur.

Sed in ordinandis quoque maioribus Sectionibus opus eſſe mutatione quadam, exiſtimaui. Ita formas illas rariores, vulgo dictas anomalias, quae ex Dialecto Chaldaica, aut Syriaca, repeti ſolent, ſuis locis inſerere, et per totum opus diſtribuere, quam ad finem reiicere, et vna in Sectione coniunctim exhibere, malui, vt ita cum legibus frequentiore vſu receptis facilius comparari poſſent,

sent, et, quam parum inde discedant, clarius appareret.

Potissimum autem doctrinae *Nominum* alius locus assignandus fuit. Eam cum antiquiores plerique Grammatici *Verborum* pertractioni praemiserint, Schultensius, quod, ob certas, illi tempori peculiares, rationes, numeris regularum Cl. ALTINGII se alligasset, nihil quidem potuit mutare, parum tamen hanc methodum sibi placere, cum alibi, tum in ipsa praefatione, Institutionibus praemissa, non obscure significauit. Enimuero praeposterum hunc ordinem esse, indubio argumento est, quod, ex perpetua Linguae Hebraeae lege, Nomina a Verbis deriuentur, atque ideo, nisi horum indoles prius perspecta fuerit, illorum formae, flexiones,

variarumque mutationum, quas subeunt, rationes, satis accurate doceri, et intelligi, non possint. Multo itaque rectius Iudaeorum Grammatici, quos inter DAVIDEM KIMCHIVM nominasse sufficerit, vt artem ab Arabibus acceperuut, ita et in eo suos duces sequuti sunt, vt prius de Verbis, quam de Nominibus, agerent: neque ab hac via nostrates deflexissent, nisi morem in tradendis Linguis Occidentalibus vsitatum ad Hebraeam, non optimo consilio, traduxissent.

In appendice, quam subnexui, non id meum fuit institutum, ut Syntaxeos Hebraeae late patentem ambitum complecterer; quod vti non diffiteor opus mihi valde arduum videri, ita et plus otii, atque ampliora spatia, quam quae mihi concessa fuerunt,

runt, requirit. Sed, motus laudabili exemplo, quod in *Grammatica Arabica* Cl. ERPENIVS praebuit, nonnisi praecipua quaedam eorum, quae Hebraeorum construendi ratio sibi propria et peculiaria habet, selectis regulis exponere constitui. Quo enim longius Hebraea syntaxis ab Occidentalium Linguarum indole deflectit, eo magis necessarium duxi, studiosos iuuenes nonnullis praeceptis adiuuari.

Analogiae, etiam in hac Grammaticae parte, seruandae, quantam potui, curam habui, Dialectis, praesertim Arabica, cuius viuus vsus plurimum lucis adfert, saepe in subsidium vocatis. Adiutum quoque me profiteor obseruationibus Virorum doctorum, qui specialia quaedam capita sibi exponenda sumserunt; quale est

illud

illud de Temporum et Modorum in Verbis vſu, in quo ad certas leges adſtringendo clariſſimi KOOLHAAS induſtria haud ita pridem enituit. Vereor tamen, ne, in materia difficili, et nondum ſatis pro dignitate exculta, non omnem errorem euitauerim. Sperandum eſt, fore, vt quaecunque ſyntaxeos Hebraeae partes adhuc obſcuritate premuntur, conſociata plurium eruditorum opera aliquando vberius illuſtrentur, omnique eo lumine, quod recipere poſſunt, perfundantur. Scripſi Groningae, d. XX. Martii,

MDCCLXVI.



## *Praefatio noua.*

Petiit a me is, cuius sumtibus noua haec *Institutionum ad fundamenta linguae hebraicae*, *Auctore* NICOL. GVILIELM. SCHROEDER, *Professore Groningano*, editio, multorum votis expetita, in lucem prodit, vt meam qualemcunque operam heic commodarem. Miratus sum, exhausta iam esse exempla libri, ante hos sex demum annos, postquam *Belgium*, patria, exteris, diu multumque requirentibus, copiam eius non fecerat, tandem *Francofurti* et *Lipsiae* MDCCLXXVIII. repetiti; neque tamen venditionem hanc frequentem opusculi, bonae frugis pleni, aegre ferendam existimaui, quod reperisse in ea argumentum perspectae atque agnitae vtilitatis eius mihi viderer non contemnendum. Igitur operam diligenter dedi, vt liber emitteretur, a mendis, quae sexennio abhinc iusto tenaciora

ciora erant, repurgatior: adieci ad iuuandum vſum eius *indicem locorum Script. S.* locupletem; alium addidi, quam bene *Schikardo*, *Horologii* iſtius celebris auctori, vel *Speidelio*, qui commentationibus *Horologium* auxit, citra quos ſapere in tradendis linguae hebraicae praeceptis vix quemquam poſſe, etiamnum fortaſſe, in quibusdam certe terris, ſunt, qui putent, cum *Schroedero* conueniat, perſpicue et ſimpliciter oſtendentem. Dedi id monitis nonnullorum, qui de difficultate, vtendi *Auctore noſtro*, eos, qui aſſueti ſint aliis id genus libris, premente, quererentur. At videbunt tamen hi ipſi, vt primum veluti habitare in his *Inſtitutionibus* coeperint, multa eſſe, quae ſubtilius et verius diſputauerit *Schroederus Schikardo* aliisque, vtut promerita laude, de qua vel tantillum detrahere, putidi hominis eſſet et ingrati, nequaquam fraudandis. Qui de hoc dubitant, eos, vt pauca modo ſpeciminis loco afferam, legere, quae *Schroederus* docuit Sect. V. Rr. 55. 56. 80. 90. 93. 119. et curatius expendere velim. Ipſum hunc indicem harmonicum, in quo tamen vel minutiſſima perſequi ineptum fuiſſet et ridiculum, ad agnoſcendum et fatendum,

quam

quam verum sit, quod hic asserimus, manu hic ibi eos ducturum esse, plane mihi persuasum est. Indicibus denique tabellam *Chaldaismorum* subiunxi, in his *Institutionibus* breuiter obseruatorum, non vsui nulli futurum. Animus erat, *Conspectum*, libro, cum ederetur 1778. praemissum, calci iam subiicere, indicisque habitu donare, vt eo facilius, quae quaererentur, inueniri possent. Sed mutaui consilium, cum in mentem veniret, imponi tironibus, si locus *Conspectui* pristinus seruetur, necessitatem oppido salutarem, hunc non semel voluendi, atque hoc modo integrum librum, eiusque rationem vniuersam sibi reddendi familiariorem. Ceteroqui vel vna *Syntaxi* optime meritus est de linguae hebraicae Studiosis *Schroederus*, quam, haud scio, an primariam libri dotem pronunciare debeam, cum, quantum interfit ad eam rem, cuius gratia discuntur hebraica, non esse in *Analysi*, quam vocant, peregrinum, at in *Syntaxi* multo etiam minus, norint intelligentes. Longus quidem in hac tractatione *Clarissimus Auctor* non fuit, cuius rei rationem reddit *Praefatio*; sed ei succensere isto nomine nolim: diuinasse enim mihi felicissime videtur, fore, qui quasi supplementum addat opusculo non poenitendum.

Nempe

Nempe redditum est illud iam dudum a S. R. DD. *Storr*, *Theologiae* in Vniuersitate *Tubingensi* Professore Celeberrimo, in *Obseruationibus ad Analogiam et Syntaxin hebraicam pertinentibus*, 1779. editis, quo libro, laudibus meis longe superiore, carere profecto non possunt, quibus in tractando Codice V. T. insigniter proficere certum est. Haec fere habui, quae dicerem: neque enim librum, a multis, e quibus non memorare non possum Dn. *Klemmium*, *Superintendentem* apud *Nürtingenses* in Ducatu *Würtembergico* Dignissimum, qui in praefatione ad libellum admodum fructuosum: hebräisches Elementarbuch, Tübingen, 1783. p. XXI. de *Schroederi Institutionibus* non honorifice magis, quam vere iudicat, merito suo laudatum, et vtiliter a pluribus vsurpatum, effusius iactare opus est. Ita vale, *Lector Benevole*, nostraque hac opera, exigua illa quidem, non tamen, quod certo speramus, plane inutili, si placet, fruere.

Scr. mens. August. MDCCLXXXIV.



In-



# CONSPECTVS
## *TOTIVS LIBRI.*

## INSTITVTIONES HAE
## HABENT SECTIONES X.


S. I. agit de Literis, R. 1-4. p. 1. ff.
II. de Punctis, R. 5-20 p. 4-10.
III. de Syllaba, R. 21-32. p. 10-19.
IV. de Mutatione punctorum generali, R. 33-50. p. 19-30.
V. de Verbo perfecto, R. 51-68. p. 30-58.
VI. de Verbis imperfectis, R. 69-85. p. 58-108.
VII. de Nomine, R. 86-122. p. 108-162.
VIII. de Pronomine, R. 123-143. p. 163-183.
IX. de Particulis, R. 144-168. p. 183-208.
X. de Mutationibus quibusdam ob accentum. R. 169-178. p. 208-222.





Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn863031765/phys_0021
DFG

*Conſpectus, ſ. Index ſpecialis.*

# Appendix ſ. *Syntaxis*

## continetur IV. Sectionibus.


I. De Syntaxi Nominum R. 1-33. p. 1-22.
II. de Syntaxi Pronominum R. 34-44. p. 23-33.
III. de Syntaxi Verborum R. 45-92. p. 34. ff.
IV. de Syntaxi Particularum R. 93-102.


# *Index Specialis.*

## S. I. De *Litteris.*


Ling. hebr. Elementa, Litterae et Puncta. R. 1.
Scriptio Litterarum. ibid.
Pronunciatio litterarum. R. 2. p. 2. ſ.
Diuiſio litterarum a) in adſpiratas, b) ſecundum motus organicos oris, c) in radicales et ſeruiles R. 2. p. 3. ſ. d) ratione ſoni in mobiles et quieſcentes R. 4. p. 4.


## S. II. De *Punctis.*


Puncta, quae et quotuplicia? quadruplicia. R. 5. p. 4. Vocales R. 6. p. 4. ſ. Schevata R. 7. p. 5. ſ. Schevatum ſonus R. 8. p. 6. Schevatum ſedes et vſus. R. 9. p. 6. ſ. Puncta diacritica. litt. ּ. dageſch et mappik R. 10. Punctatio literae ּ. R. 11. p. 7. Dageſch R. 12. lene R. 13. p. 7. ſ. forte R. 14. p. 8. Mappik R. 15. p. 8. Accentus, quotuplices? R. 16. tonici

nici R. 17. p. 8. ſitus R. 18. p. 9. lineola Makkaph R. 19. p. 9. accentus euphonicus, Meteg, R. 20. p. 9. 10.

## S. III. *De Syllaba.*

Syllaba, quid? R. 21. p. 10. Syllabae conſtitutio R. 22. Diphthongus nulla vera adeſt R. 22. *c.* p. 11. Syllaba pura, mixta R. 22. *d.* Litterarum אהוי motus, quies R. 23. p. 11. litera otians R. 24. p. 13. Scheva mobile, quieſcens R. 25. p. 13. ſ. Characteres Scheva mobilis, quieſcentis R. 26. p. 14. Vſus dageſch lenis R. 27. p. 15. fortis R. 28. ib. Dageſch forte excidit ex littera ſchevata, R. 28. *d.* vltima, *e.* gutturali, *f.* Diuiſio dageſch fortis in compenſat. characteriſt. et euphon. R. 29. p. 16. ſ. Syllabarum morae, ſ. tempora R. 30. p. 17. ſ. Complementa temporis quinque R. 32. p. 19.

## S. IV. *De mutatione Punctorum generali.*

Vocales mutabiles, immutabiles R. 33. Vocalium oppoſitio directa et obliqua R. 34. Vocalis breuis complemento carens R. 34. vel tollitur, vel producitur, vel accipit complem. R. 35. Vocalis longa in ſyllaba mixta quando corripiatur R. 36. Kametzcatuph. R. 37. p. 21. ſ. Dageſch forte compenſat. in voce defect. R. 38. Compenſatio dageſch forte omiſſi R. 39. p. 22. Vocalis longa mutabilis ob acc. remot. R. 40. Vocalis longa immutabilis manet R. 40. p. 23. Mutatio vocalium ex euphonia, etc. R. 41. p. 23. ob litt. guttur. R. 42. p. 24. ob litt. quieſcentes R. 43. p. 25.

ob duas conson. in fine R. 44. p. 25. Fundamentum vocum segolatarum R. 46. Mutatio vocalium per traiectionem R. 47. p. 27. Locus patach furtiui R. 48. Schevatum compositorum R. 49. p. 28. s. Concursus duorum Schevatum simplicium R. 50. p. 29. Schevatis simplicis et compositi p. 30. compositi et simplicis ibid. Contractio Schev. simpl. et compos. sub א, ibid. not.

## S. V. De *Verbo Perfecto.*

*Partes Orationis* tres R. 41. p. 30. *Verbi* species R. 52. ibid. vel primitiu. vel deriuat. R. 53. p. 31. *Verbum perfectum* R. 54. p. 31. *Species* verbi, quot? recensentur XXI. R. 55. p. 32. s. Significatio specierum R. 56. p. 33-37. Mutatio vocalium, praecipue ob guttur. R. 57. p. 37. s. ex *chaldaismo* p. 38. ob primam sibilantem etc. R. 57. p. 38. ob primam ת, ד, ט, נ, כ, ר, p. 38. s. Verbi *tempora*, *modi*, *pers. num. gen.* R. 58. Verbi *litterae seruiles* R. 59. *praeformantes* איתנ, ה et מ R. 60. p. 41. s. *afformantes syllabicae* R. 61. p. 42. s. (harum origo, ibid. p. 44. δ) *asyllabicae* R. 62. p. 44. *Coniugatio* specierum vnica R. 63. p. 45. *formatio infinitiui Kal.* R. 64. p. 45. *Niphal* p. 46. in reliquis speciebus p. 48. *futuri* ab infinitiuo R. 66. p. 49. *imperatiui*, ibid. *participii*, ibid. *Paradigma* verbi *perfecti* פָּקַד R. 67. p. 50. *Vocalis terminalis* in *Kal.* וֹ) -) ··) R. 68. p. 56. *Niphal.* ··) וֹ) –) p. 57. *Piel* ··) –) ·) ibid. *c.* *Pyal* –) וֹ) ibid. *d.* *Hiphil.* יִ) ··) –) ibid. *e.* *Hophal.* –) ··) ibid. *f.* p. 58. *Hitpahel* ··) –) ibid. *g.*

S. VI.

## *Conspectus, s. Index specialis.*

### S. VI. *De Verbis imperfectis.*

*Verbum Imperf.* quid et quotuplex? R. 69. p. 58. Plurilittera, v. composita ex simplicibus, v. deriuata ex primitiuis R. 70. p. 58. s. habent duas coniugandi species, ib. p. 59. Defectiua *prima*, *secunda*, *tertia radicali* R. 71. p. 60. Defectiua *prima radicali Nun*, R. 72. *Vav*, ib. *Jot*, ib. *Lamed* ib. *Secunda radicali* R. 73. *forma geminata* ib. p. 69. s. Paradigma verbi *defectiui secund. radic.* ib. Vocalis terminalis verbi *defect. secund. rad.* ib. p. 72. Defectiua *tert. rad. Nun* et *Thav* (et *Daleth* in יָלַד) R. 74. p. 72. s. Verba *Quiescentia* R. 75. *prima Aleph* R. 76. p. 74-76. *Vav* et *Jot* R. 77. p. 76-80. *secunda Aleph* R. 78. p. 80. s. *Vav* R. 79. p. 81-85. Paradigma Verbi quiescentis *Aiin Vav* R. ead. Quiescentia Verba *secunda Radicali Jot* R. 80. p. 88. s. Paradigma quiescentis *media Jot* R. 80. p. 91. s. Quiescentia *tertia Aleph* R. 81. p. 92. s. Paradigma verbi quiescentis *Tertia Aleph* R. 81. p. 94. Quiescentia *tertia Vav* et *Jot* R. 82. p. 94. s. Paradigma, p. 99. forma apocopata *Quiesc. Tert.* ו et י R. 83. p. 102-105. Commutatio mutua Verbb. *quiesc. tert.* א et ה R. 84. p. 106. Verba *dupliciter imperfecta* R. 85. p. 107. s. *quiescent.* 1. et 3. rad. R. 85. p. 108. secund. et tert. *defect.* ib. secund. et tert. ib.

### Sect. VII. *De Nomine.*

Considerandа in nomine R. 86. p. 109. *Derivatio* primaria et secundaria R. 87. p. 109. *forma* nuda, aucta, perfecta, imperf. R. 88. p. 110. forma *nuda* R. 89.

ſegolata R. 90. p. 111. Forma *aucta* vel a litt. אֵיתָן vel הָאֶמָנְתִי R. 91. p. 113. auctae haeaemant. R. 92. ex litteris characteriſticis verborum R. 93. p. 116. forma nominum *perfecta*, *imperfecta*, R. 94. p. 119. *Imperfectae* ſpecies, a) *plurilittera*, b) *defectiua*, c) *quieſcens*, ib. *Qualitas* nominum, v. *ſubſtant.* v. *adiect.* etc. R. 95. p. 121. ſ. *Genus* R. 96. *maſculinum* v. terminatione, v. ſignificatione, ibid. *femininum*, v. termin. v. ſignificat. ib. *commune*, ibid. *Motio* R. 97. p. 123. ſ. *terminatio* feminin. duplex, ib. p. 124. *contracta* ib. p. 125. *b.* *Numerus* triplex R. 98. p. 126. *dualis* R. 99. contractus in יִם R. 99. *a.* p. 126. Vſus numeri *dualis* ib. *b.* numerus pluralis *maſculinorum* R. 100. p. 127. ex dial. chald. ib. *a.* *femininorum*, ib. ex dial. chald. ib. *c.* Varietas generis terminationis plur. maſc. ib. *d.* Varietas terminationis in vocibus קוֹלוֹת, אֲבוֹת ib. *e.* Nomina pluralia tantum, ib. p. 129. *b.* Vſus pluralium loco ſingularium ib. *i.* *Caſus* R. 101. *Comparatio* R. 102. *Regimen* R. 103. p. 131. ſ. Mutatio vocal. ob motionem, declinat. affixion. paragog. et regim. p. 132. ſ. Mutatio vocal. in nomm. ſingg. femm. in הָ exeuntibus R. 105. p. 133. in תְ feruile, R. 106. in וֹת ib. p. 135. b. in יוֹת, וֹת, et וּת, ib. *c.* *α.* Vſus geminae terminationis femin. R. 107. p. 135. ſ. Mutatio vocal. in nomm. ſingg. maſcull. in הָ exeuntibus R. 108. p. 136. Speciatim vocis פֶּה ib. p. 137. Mutatt. vocalium in nomm. dualis et plur. num. ob regim. et affix. R. 109. p. 137. ſ. ſpeciatim vocis מַיִם aquae, ib. Mutatio vocal. longae mutab. penult. R. 110.

R. 110. p. 138. ſ. ratio vocalis immutabilis. ib. α-ε. mutatio vocalis in nomm. deff. et tertiam geminantibus R. 111. p. 140. Reſolutio vocal. long. in brev. et dag. R. 112. p. 141. mutatio vltimae τ R. 113. p. 141. ſpeciatim in vocibus אָב, אָח, חָם, ib. p. 142. c. vltimae .. e forma פָּקֵד R. 114. p. 143. vltimae chirek, quando forma non eſt פְּקִי ſaegolata R. 115. p. 144. vltimae cholem צִפֹּר etc. R. 116. p. 146. Schurek R. 117. p. 146. ſaegolatarum proprie, improprie talium, e. g. vocum נֵדְדְּ, גְּדוֹל pro גּוֹדְלְ R. 119. p. 148. formae כֵּפֶר, אֹרַח p. 149. formae פָּיִד, פָּוֶד p. 152. formae פְּקַד, פְּקֵד, פְּקֶד, פְּקֹד R. 119. p. 154. in ֶת R. 120. p. 156. ſ. Ratio formarum פָּקְדָה etc. R. 121. p. 157. ſ. mutatio vltimae patach R. 118. p. 146. Nomina *numeralia cardinalia* ſubſtant. R. 122. p. 158. ſ. *ordinalia*, adi. p. 162.

## S. VIII. *De Pronomine.*

*Particulae.* R. 123. p. 163. Pronomina, v. *ſeparata*, v. *inſeparabilia* R. 124. *perſonalia* R. 125. Scriptio אַתְּי, הִיא in notis, ibid. *Demonſtratiua* זֶה, אֵל etc. R. 126. p. 164. *Relatiuum* אֲשֶׁר R. 127. *Interrogatiua* duo R. 128. Pronomina *inſeparabilia*, s. *affixa*, v. *ſyllabica*, v. *aſyllabica*, R. 129. p. 165. punctum agglutinationis, R. 130. affixorum in nominibus *modus agglutinandi*, *ſignificatio accentus* R. 131. Paradigma agglutinandi affixa *ſingularibus* maſc. fem. gen. R. 132. p. 167. ſ. *dualibus* et *pluralibus* R. 133.

p. 170. f. affixa *Verbis* addita, R. 134. p. 172. agglutinandi modus R. 135. p. 173. modus agglutinandi Verbis *perfectis* R. 135. p. 173. n. α. β. *imperfectis* et quidem *med. radic.* vel *deficientibus*, v. *quieſcentibus* p. 173. δ. *quieſcentibus* tertia ה p. 174. c. punctum agglutinationis in *Verbis* R. 136. Mutatio afformantium propter affixa R. 173. p. 175. *infinitiui* cum affixis R. 138. p. 177. ſpeciatim *imperat.* et *infinit. Kal.* R. 139. ib. ante ךָ, כֶם et כֶן R. 139. p. 178. *Participia* cum affixis R. 140. ib. paradigma affixorum *praeteriti* R. 141. ibid. f. affixorum *futuri* R. 142. p. 181. f.

## S. IX. *De Particulis.*

Reliquae *Particulae* v. ſepar. v. inſep. R. 144. p. 183. *Separatae* fere omnes ſunt v. *Nomina* vtriusque generis, v. *Pronomina* R. 145. poſſunt *declinari* R. 146. aſſumunt a) formam *conſtruct.* R. 147. b) *affixa.* R. 148. p. 185. f. eaque tum in ſingulari, tum in plurali, tum in vtroque numero ib. a-c. peculiaris ratio quarundam particularum in affixione R. 149. p. 186. f. mutatio vocalium in particulis ſeparatis ob affixionem R. 150. p. 187. f. *Inſeparabiles* particulae, quae non ſunt pronomina, ſunt v. *praefixa*, vel litterae *paragogicae* R. 151. p. 188. Praefixa ſunt 7. (proprie 8.) מִשֶּׁה וְכָלֵב R. 152. Praefixum מ ex מִן et מָן R. 153. Praef. שׁ R. 154. p. 189. ה duplex, v. *demonſtrat.* v. *interrogat.* R. 155. p. 189. f. ה *demonſtrat.* R. 156. *Vſus* praefixi ה articuli R. 157. *poteſtas* ib. vſus cum nominibus propriis, ib. a. cum nomi-

nominibus conſtructis, b. ה demonſtr. vſum accipit *relatiuum*, e. vis ה demonſtrat. affirmatiua, f. ה *interrogatiuum* R. 158. p. 193. ratio praefigendi, ibid. *Praefix.* ו. R. 159. ratio praefigendi, ib. ו *conuers. praeter.* ib. b. *futuri.* c. praefix. ב, כ, ל, ratio praefigendi R. 160. earum compoſitio cum affixis R. 161. Eliſio ה demonſtrat. et charact. poſt has praefix. R. 162. Litterae *paragog.* R. 163. א *paragog.* R. 164. ה *paragog.* R. 165. huius uſus, vis et poteſtas, ib. nnott. ו *paragog.* R. 166. י *paragog.* R. 167. ן *paragog.* R. 168.

## S. X. De *mutationibus quibusdam*, quas *accentus* ſubit et efficit.

Mutationes *accentus* R. 169. Mutatio *ſitus* eius R. 170. deductio accentus ob ו *conuers. praeter.* R. 171. p. 209. *Retractio* accentus, R. 172. a) ob ו conuers. fut. R. 173. b) ob emphaſin R. 174. c) ob accentus ſequentis vicinitatem R. 175. d) ob pauſam R. 176. Mutatio vocalium ob accentum pauſantem, R. 177. ob accentum ablatum R. 178.

## *Conſpectus, ſ. Index ſpecialis.*

# *Appendix ſ. Syntaxis.*

## S. I. De Syntaxi *Nominum.*

*Subſtantiuum* pro *adiect.* in appoſitione, R. 1. p. 1. Vſus huius conſtruct. ſi poſterius nomen *materiam* rei alicuius ſignificat, ibid. a. p. 2. ſi nomini *menſurae* iungitur *menſuratum* per appos. ibid. b. *Adiectiuum* pro *ſub. ſtant.* in appos. R. 2. p. 2. per hanc appoſitionem explicantur, vbi alias falſo ſtatuitur Enallage ſtatus *abſoluti* pro *conſtructo*, R. 3. p. 2. Structura Nominum *numeralium*, R. 4. p. 3. per *appos.* ib. a. per *regimen*, ib. b. Variatio *generis* in nomm. numerr. p. 3. c. diuerſitas *numeri*, p. 4. d. *Geminatio* nominis *ſubſtant.* R 5. notat *vniuerſitatem*, α. p. 4. *multitudinem* et *continuitatem*, p. 5. β. *diſtributionem*, γ. *duplicitatem* atque *diuerſitatem* rei, δ. *Regimen* pro *appoſitione* R. 6. Nomen rectum vel regens pro *adiectiuo*, R. 7. a. b. Nomen ſe ipſum regens in plurali, R. 8. Nomen rectum vel actiue, vel paſſiue ſumendum, R. 9. p. 6. ſ. Pronomen affixum nominis regentis, R. 10. *Adiectiua* in regimine, R. 11. Ellipſis nominis recti, R. 12. forma regiminis extra regimen, R. 13. intercedente particula, vel ſep. vel inſep. a. ſequente pronom. relat. b. ſequente Verbo c. cum nomen vſu aduerbiali cum Verbo conſtruitur, d. p. 10. ordo conſtructionis *ſubſtantiui* cum *adiectiuo*, R. 14.

R. 14. Conuenientia *ſubſtant.* et *adiect.* R. 15. Ea non opus eſt, ſi pro *adiectiuo* ponatur *ſubſtantiuum*, R. 16. aut ſi *adiectiuum* includat *ſubſtantiuum*, R. 17. p. 10. ſ. Praedicatum particulam ב ſibi praemittens R. 18. Subſtantiuum cum praepoſitione pro adiectiuo, R. 19. *Adiectiua* et *participia* neutraliter ſumta R. 20. nomina *animalium* maſculina de ſexu feminino R. 21. Diuerſum genus in conſtructione nominum ob ſignificationem metonym. R. 22. *Plurale* pro *ſingulari* indefinito R. 23. Vis diſtributiua praedicati ſingularis, additi ſubiecto plurali R. 24. *Pluralia* notionem *ſingularis* habentia quomodo conſtruantur R. 25. p. 14. ſ. Nomina collectiua conſtrui poſſunt vt pluralia R. 26. p. 15. et alia, quae notionem multitudinis includunt R. 27. p. 16. ſ. Nomina *populorum* quomodo conſtruantur R. 28. p. 17. Praedicatum interdum conuenit cum nomine recto R. 29. p. 17. ſ. Praedicatum additum ſubiectis diuerſi generis aut numeri R. 30. p. 19. Nominatiuus particulam אֵת ſibi praemittens R. 31. Duo *nominatiui* valentes duos *ablatiuos* latinorum R. 32. Vſus nominatiui abſoluti R. 33.

## S. II. De Syntaxi *Pronominum.*

Pronomina quaedam perſonalia *maſculina* pro *femininis* vſurpata R. 34. Pronomina ſenſu *neutrali* ſumta R. 35. Pronomen adfixum *ſingulare* ſenſum habens *collectiuum*,

*uam*, vel *diſtributiuum* R. 36. p. 25. Pronomen perſonale cum quadam emphaſi redundans R. 37. Pronomen perſonale pro Verbo ſubſtantiuo R. 38. Relatio minus ordinaria pronominis affixi R. 39. Conſtructio pronominis *demonſtratiui* R. 40. Pronominis *relatiui* R. 41. Eiusdem frequens ellipſis R. 42. *Mutatio perſonae* propter pronomen relat. R. 43. Conſtructio pronom. *interrogatiui* R. 44.

## S. III. De Syntaxi *Verborum.*

Vſus temporum ad Syntaxin *Verborum* pertinet R. 45. *Praeteriti* vſus diuerſi R. 46. Reſpondet *perfecto*, ib. *imperfecto*, ib. *plusquamperfecto*, ib. Vſus eiusd. cum ו conuers. R. 47. *futuri* vſus varii R. 48. *Futurum* relativ. cum ו conuerſiu. aut ſine ea R. 49. Modus *ſubiunctiuus* quomodo exprimatur, R. 50. Modus *Optatiuus*, R. 51. Vſus *Imperatiui*, R. 52. *Infinitiuus* quomodo ad certum tempus reſtringatur, R. 53. p. 48. interdum loco verbi *finiti* vſurpatur, R. 54. quando, ibid. pro *Praeter.* a. pro *futuro*, b. pro *imperatiuo*, c. Vſus *participiorum* R. 55. Genus *maſcul.* in verbis interdum pro femin. R. 56. Verba eiusd. perſ. redeuntia ad diuerſa ſubiecta R. 57. p. 52. *Ellipſis* nominatiui, quocum Verbum conſtruitur, R. 58. Ellipſis *verbi*. R. 59. p. 53. Vſus *tertiae* perſon. impersonal. R. 60. tertiae perſ. neutr. R. 61. p. 54.

Vſus

Vſus huius obſeruationis in expediendis verborum conſtructt. quae pro anomalis habentur, R. 62. *Verbum* explens vicem *aduerbii*, R. 63. Verbum ſubſtant. conuenit interdum cum praedicato, R. 64. *Ellipſis* verbi *ſubſtant.* R. 65. *Accuſatiu.* ad Verba tranſitiua ſaepe non adeſt expreſſus R. 66. *Accuſatiuus* hebr. non ſemper latino reſpondet R. 67. Verba ſpeciei *Hophal* regentia accuſatiuum, R. 68. Verba *intranſitiua* cum accuſat. quomodo conſtruantur? R. 69. Conſtructio Verborum cum accuſat. ob omiſſum *quoad* R. 70. p. 65. in verbis *copiae* et *inopiae*, ib. b. Duratio temporis per *accuſat.* exprimitur, R. 71. Verba regentia *geminum accuſat.* R. 72. Conſtructio verborum cum nominibus, ope praepoſitionum, R. 73. p. 67. in ea hebraeis multi ſunt idiotismi, R. 74. Verba tranſitiua cum praepoſitione, R. 75. Verba intranſit. et paſſ. cum praepos. R. 76. Verba modo ſine praepos. modo cum ea conſtructa, R. 77. Conſtructio verborum nuncupandi, R. 78. Verba paſſ. cum ל R. 70. הָיָה cum ל pro *habere* R. 80. idem verb. cum ל *fieri* R. 81. Conſtructio verbi dicta *praegnans*, R. 82. Infinitiui in nominat. et accuſat. poni et cum praepoſitt. conſtrui poſſunt R. 83. Infinitiuus in genitiuum vertit nominatiuum verbi finiti, R. 84. Infinitiuus conſtituens nomen rectum, R. 85. regens aliud nomen, R. 86. cum partic. בִּבְלִי R. 87. Mutatio ſtructurae poſt in-

infinitiuum cum particula conſtructum R. 88. Infinit. act. quando in noſtrum Paſſiuum reſoluendus, R. 89. Infinitiuus vſu aduerbiali R. 90. p. 81. Infinitiuus verbo ſuo finito additus, R. 91. p. 81. Conſtructio *participp.* nomen regentium R. 92.

## S. IV. De Syntaxi *particularum.*

*Particulae* vſurpatae vt nomina R. 93. *Aduerbiorum* ordinaria conſtructio, R. 94. *Nominum* vis aduerbialis, ib. β. p. 87. Vis aduerbialis *participiorum* ib. δ. Vſus aduerbii לֹא, β. p. 88. Aduerbia quaedam more nominum in regimine ponuntur R. 95. p. 89. Aduerbiorum conſtructio cum praepoſitionibus, R. 96. Duae particulae negantes fortius negantes, R. 97. Particulae neg. cum כֹּל conſtructae, R. 98. Conſtructio *praepoſitionum* ſeparatarum, R. 99. *Praepoſitiones* cum aliis conſtructae, R. 100. p. 96. ſ. *Praepoſitiones* Nomini iunctae, intercedente alia particula, R. 101. p. 97. Conſtructio *coniunctionum*, e. g. אַף, גַּם, אוֹ, אִם, לוּ, כִּי R. 102. quarum quaedam ſibi praemittunt *praepoſitiones*, p. 99. coniunctio relat. אֲשֶׁר quomodo conſtruatur, R. 103. p. 100. valet *quia* etc. *vt;* conſtruitur etiam cum praepoſitionibus, ib. b. *Praepoſitiones* pro *coniunctionibus* vſurpatae, R. 104. p. 101. Ellipſis membri, ex quo pendet coniunctio, R. 105. Conſtructio *inter-*

*interiectionum*, R. 106. Vim *interiect.* habent *Verba*, in Imperat. enunciata, ib. b. item *Nomina* quaedam, ib c. Conſtructio ה *articuli* R. 107. ה *interrogat.* R. 108. ו copulat. vſus varii, R. 109. valet *et quidem*, α. *ſed*, β. *et tamen*, *cum tamen*, γ. *aut*, δ. *nempe*, ε. *etenim*, *quia*, ζ. *itaque*, *quare*, η. *vt*, *ita vt*, *adeo vt*, ϑ. *quod*, ι. *quum*, *dum* κ. vſurpatur loco *pronom. relat.* λ. inſeruit etiam per locut. ellipt. *comparationi*, μ. valet etiam *tunc*, p. 107. b. particulae praefixae inter ſe conſtructae, R. 110. Syllabae דֵּי, מוֹ, פִּי cum ב, כ, ל et מ conſtructae R. 111. *Geminatio* particularum, R. 112. ea fit, ad augend. et intendend. ſignificat. ib. a. notat progreſſum contin. b. indicat. diuerſitatem, c. mutuam efficit relationem d.





Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn863031765/phys_0036
DFG

# INSTITVTIONES
AD
# FVNDAMENTA
# LINGVAE HEBRAEAE.

## *SECTIO I.*
## DE LITERIS.

R. 1. Prima Linguae Hebraeae elementa sunt *Literae* et *Puncta*. *Literae* omnes sunt consonantes, numero XXII vel, si malis, XXIII. Earum *Nomen*, *Figuram* et *Potestatem*, haec tabella exhibet:

| *Nomen.* | *Figura.* | *Potestas.* | |
|---|---|---|---|
| Aleph | א | (') | Spiritus lenis Graecorum. |
| Beth | ב | β *b.* | |
| Gimel | ג | γ *g.* | |
| Daleth | ד | δ *d.* | |
| He | ה | (') *h.* | Spiritus asper Graecorum. |
| Vav | ו | *v.* | Pronunciandum ut nostrum w. |
| Zain | ז | ζ *z. ds.* | |
| Chet | ח | *ch*, | ex gutture efferendum. |

| | | | |
|---|---|---|---|
| Tet | ט | τ *t*, | durius. |
| Jod | י | *j*. | |
| Caph | כ ך | κ | lenius, *c*. |
| Lamed | ל | λ *l*. | |
| Mem | מ ם | μ *m*. | |
| Nun | נ ן | ν *n*. | |
| Samech | ס | σ *ſ*, | lenius. |
| Ain | ע | *bg*. | |
| Pe | פ ף | π *p*. | |
| Tſade | צ ץ | *tſ*. | |
| Koph | ק | κ | durius. |
| Reſch | ר | ϱ *r*. | |
| Schin | שׁ | σχ *ſch*. | |
| Sin | שׂ | σ *ſ*, | durius. |
| Tav | ת | θ, | vel *t* mollius. |

Quinque literae, *Caph*, *Mem*, *Nun*, *Pe*, et *Tſade*, duplicem figuram habent; priorem, כ, מ, נ, פ, et צ, in principio et medio vocum; poſteriorem, ך, ם, ן, ף, et ץ, in fine.

Quinque literae interdum nonnihil dilatantur, hoc modo: *Aleph*, אּ; *He*, הּ; *Lamed*, לּ; *Mem* finale, ם; et *Tav*, תּ. Id fit, vt linea impleatur, vbi opus eſt.

### *Pronunciatio quarundam literarum.*

R. 2. Addenda nonnulla ſunt de literarum quarundam pronunciatione.

a. *Aleph*, א, non confundenda cum noſtra *vocali* A, eſt *conſonans*, quae vocalem antecedere et ſequi poteſt: ſcilicet eſt ſpiritus lenis, qualem ore effiamus, quoties in Latino vel Graeco ſermone vocalem ab initio ſyllabae pronunciamus. Graeci per *Spiritum*, quem vocant, *lenem*, in initio vocum, exprimunt.

b. Sex

b. Sex literae, *Beth*, *Gimel*, *Daleth*, *Caph*, *Pe*, et *Tav*, si nullum sibi inscriptum habeant punctum, quod *Dageschi* vocatur, ex plurimorum Grammaticorum sententia cum quadam *adspiratione* pronunciantur, ut sonent *Bheth*, *Ghimel*, *Dhaleth*, *Chaph*, *Phe*, et *Thav;* atque tum *adspiratae* vocantur. Sed si punctum illud inscriptum habeant, carent adspiratione.

c *Jod*, י, cum sit *consonans*, non confundenda est cum *vocali i*, et *iota* Graecorum.

d *Ain*, ע, litera est soni difficillimi, et in occidentalibus linguis ignoti, per *hg* vtcunque expressi. Est spiritus asperrimus, et ex imo gutture proferendus; vt fere sit soni mixti ex *Chet* et *Gimel;* quem vero cum imitari non possint nostrates, vulgo per *ng* exprimunt, prout sonat *n* in Gallicis *mon*, *ton*, &c.

e. *Schin*, שׁ, et *Sin*, שׂ, vnam proprie literam constituunt, sed, pro diuerso situ puncti superscripti, diuersis modis efferendam.

## *Diuisio literarum.*

R. 3. Diuiduntur literae, secundum *organa loquelae*, quorum in iis proferendis praecipuus vsus est, in quinque classes; vt sint *Gutturales* אהחע, *Labiales* בומף, *Palatinae* גיכק, *Linguales* דטלנת, *Dentales* זסצרש.

Est et alia diuisio in *Radicales* et *Seruiles*. *Radicales* dicuntur, quae *Radicem*, seu *formam primitiuam*, constituunt; *Serviles*, quae ad Radicales accedunt in deriuatione, coniugatione, declinatione, et compositione. Omnes quidem Seruiles

possunt esse Radicales; sed non omnes Radicales possunt esse Seruiles. Hae vndecim, גרוחמטסעפצקר, semper sunt Radicales, nisi quod ד et ט, in certo casu, pro ת Seruili, substituantur. Reliquae vndecim, אבהויכלמנשת, modo sunt Radicales, modo Seruiles.

### *Motus et quies literarum.*

R. 4. Quando litera ita pronunciatur, vt ipso sono percipiatur motus eius organi, ad quod illa pertinet, tum dicitur *moueri*. Cum itaque omnes literae sint meri motus organorum, omnes natura sua sunt *mobiles*.

Quaedam tamen, scilicet אהוי, vulgo *Ehevi* dictae, motum suum saepe amittunt, ita vt sonus illis proprius supprimatur, et plane non percipiatur; atque tum *quiescere*, vel *otiari*, dicuntur.

## *SECTIO II.* DE PVNCTIS.

R. 5. Ad *Puncta* referuntur *primo*, Vocales; *secundo*, Schevata; *tertio*, notae quaedam diacriticae consonantium; *quarto*, Accentus.

R. 6. *Vocales* sunt decem, quinque longae, et totidem breues. Earum nomen, figuram, situm ad consonantem, et potestatem, haec tabella exhibet:

Longae sunt:

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Kamets* | אָ | valet | *a longum.* |
| *Tseri* | אֵ | ־ֵ | *e longum.* |
| *Chirek magnum* | אִי | ־ִ | *i longum.* |
| *Cholem* | אֹ | vel אוֹ ־ֹ | *o longum.* |
| *Schurek* | אוּ | ־ֻ | *u longum.* |

Bre-

Breues sunt:

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Patach* | אַ | valet | *a breue.* |
| *Segol* | אֶ | — | *e breue.* |
| *Chirek paruum.* | אִ | — | *i breue.* |
| *Kamets Chatuph* | אָ | — | *o breue.* |
| *Kibbuts* | אֻ | — | *u breue.* |

Admodum probabile est, veteres Hebraeos non quidem vocalium notis prorsus caruisse, pauciores tamen habuisse, easque omnes ancipites. Sed Masorethae plures inuenerunt, atque discrimen inter vocales longas et breues constituerunt, vt genuinam pronuntiandi rationem conseruarent, et ad posteros propagarent.

Attamen *Chirek*, si rem recte reputemus, anceps mansit vocalis. Nam *magnum* a *paruo* non tantum nomine et figura non differt, sed et, quod vulgo *paruum* vel *breue* dicitur, passim valet vocalem longam; vt שָׁלֻשִׁם *tribuni*, *Exod.* 14, 7. pro quo scriptum שְׁלִישִׁים *Ezech.* 23, 15. Vt itaque Cholem sine Vav, ita Chirek sine Jod, longa esse vocalis potest, et est quam saepissime.

Aliud pristini moris vestigium in eo remansit, quod *a* longum, et *o* breue, ambo gerant nomen *Kamets*, et vnam eandemque habeant figuram. Nam *a* longum sono obscuriore, quo ab *o* parum differt, olim pronunciarunt. Veruntamen qua nota illae vocales a se inuicem dignoscendae sint, inferius docebitur.

R. 7. *Schevata* dicuntur illa puncta, quae literis, nullam vocalem habentibus, supponuntur. Sunt quinque, quorum nomen et figura sic se habent:

| | | |
|---|---|---|
| *Scheva ſimplex* | חְ | |
| *Chateph Patach* | חֲ | *Schevata compoſita* |
| *Chateph Segol* | חֱ | |
| *Chateph Kamets* | חֳ | |
| *Patach furtiuum* | חַ | |

Poſtrema quatuor, quia, in locis deinceps indicandis, pro ſcheuate ſimplici ſubſtituuntur, *vicaria ſcheuatis* appellantur.

R. 8. Scheua ſimplex nullum ſonum vocalem habet, ſed ſolam vocalis abſentiam indicat.

Scheuata cum vocalibus breuibus, Patach, Segol, et Kamets Chatuph, compoſita, harum quidem vocalium ſonum imitantur, valentque *a*, *e*, et *o*, breuiſſimum; non tamen ſunt vocales, quatenus vocalibus Hebraei certam aliquam moram tribuerunt, qua ſcheuata compoſita prorſus carent.

Patach furtiuum, ut figura cum vocali Patach convenit, ita et ſonum *a* exprimit, ſed breuiſſimum, nihilque morae habentem, qui raptim, et quaſi furtim, ante quasdam literas, vocali deſtitutas, pronunciatur.

## *De vſu Schevatum.*

R. 9. Omnis litera mobilis, poſita in initio aut medio vocis, neque habens propriam ſibi vocalem, accipit ſcheua, vel ſimplex, vel compoſitum; vt פָּקְדֶתֶם; יִשְׁאֲלוּ. Paucae quaedam literae pro ſcheuate, in medio vocis, Patach furtiuum aſſumunt; vt רוּחַ, pro רוּחְ; שָׁמַעְתָּ, pro שָׁמַעְתְּ.

Ad literas אוי, in medio vocis vocali carentes,

tes, non comparens ſcheua indicat, eas non moueri, ſed quieſcere; vt קָרָאתָ, הוֹלִיד.

Ad vltimam vocis literam, tam mobilem, quam quieſcentem, ſcheua omittitur; vt פָּקַד, קָרָא, גְּלֵה, דְּבָרוֹ, פְּרִי.

Scribitur tamen, in fine vocis, non tantum ſcheuatis vicarium, Patach furtivum; vt רוּחַ, שָׁמֵעַ; ſed et ipſum ſcheua, ad literam Caph; vt בָּךְ, דֶּרֶךְ; nec non alio ſcheuate, eiusue vicario, Patach furtiuo, proxime praecedente; vt אָמַרְתְּ, שָׁמַעַתְ, pro שָׁמַעְתְּ. Sed ad Nun finale ſcheua nunquam ſcribitur; vt שְׁמַעַן, pro שְׁמַעְן.

R. 10. *Notae diacriticae conſonantium* ſunt tres; Punctum literae ש; Dageſch; et Mappik.

R. 11. *Punctum literae* ש, pro diuerſo ſuo ſitu, modo *Schin*, שׁ, modo *Sin*, שׂ, deſignare, ſupra iam indicatum eſt *Reg.* 2. Nunc adhuc addendum, cum hoc puncto, ad ſcribendi compendium, coaleſcere punctum vocalis Cholem; et quidem cum puncto literae Schin, ſi Cholem proxime praecedat; vt מֹשֵׁל, pro מֹשֵׁל; cum puncto autem literae Sin, ſi Cholem proxime ſequatur; vt בְּשֹׂרָה, pro בְּשׂוֹה. Ita vnum punctum geminam habet virtutem; alteram, qua vel Schin, vel Sin; alteram, qua vocalem Cholem, deſignat.

## *Dageſch.*

R. 12. *Dageſch* eſt Punctum mediae literae inſcriptum; eſtque geminum, lene, et forte.

R. 13. *Dageſch lene* ſolis inſcribitur literis בגדכפת, quando pronunciandae ſunt ſine adſpira-

 tione;

tione; vt בָּבֶל *Babbel*, non *Bhabbel*; יִבְגֹּד *jibbgodh*, non *jibbghodh*.

R. 14. *Dageſch forte* figura quidem et ſitu a Dageſch leni non differt, ſed habet plane aliud officium. Indicat enim, literam, cui inſcribitur, duplicatam eſſe: quae duplicatio cum cadere poſſit in omnes literas, omnes, nulla excepta, Dageſch forte recipere poſſunt. Sic מִנִּי ſonat *minni*; יִקֹּד *jikkodh*.

Literis בגדכפת inſcriptum Dageſch forte, ſimul eas duplicat, ſimul priuat adſpiratione; vt לִבּוֹ ſonat *libbo*, non *libhbbo*, neque *libhbo*.

Quomodo Dageſch lene et forte a ſe inuicem diſcernenda ſint, intelligetur ex iis, quae inferius, vbi de Syllaba, dicentur.

R. 15. *Mappik* eſt Punctum mediae literae He inſcriptum, quando ea, ad finem vocis poſita, et vocali deſtituta, non quieſcit, ſed mouetur; vt דָּבָרָהּ, נָוָהּ. Sic illa ab He quieſcente, quae multum diuerſae indolis eſt, diſcernitur.

R. 16. Ad Puncta referuntur denique *Accentus*, qui diuiduntur in Tonicos, et Euphonicum.

R. 17. *Accentuum Tonicorum* geminum officium eſt; alterum, vt tonum figant, ſiue, vt indicent, quaenam cuiusque vocis ſyllaba elatiore tono pronunciari debeat; alterum, quod Hebraeis plane ſingulare eſt, vt verborum interpunctioni inſeruiant, partim ſermonem in membra maiora et minora diuidendo, partim nexum, magis minusue propinquum, quem vnius membri verba inter ſe habent, indicando; quod poſterius officium pluri-

pluribus exponere, non est praesentis loci et instituti.

Enumerari solent accentus tonici XXXV. diuersa habentes nomina, figuras, et situs. Eorum tabellam *Buxtorfius*, *Altingius*, *Schultensius*, aliique Grammatici, exhibuerunt. Sed huius minutae supellectilis recensione nolo tirones fatigare. Nota accentus tonici nobis erit lineola perpendicularis, infra vocem posita, qualis dicitur accentus *Silluk*; vt אָמַר.

R. 18. Vnaquaeque vox habet vnum accentum tonicum. Tonum Hebraei figunt vel in vltima vocis syllaba, vel in penultima; vt omnes voces vel *acutae* sint, vel *penacutae*. Plerumque tonum ponunt in syllaba vltima; in penultima minus frequenter, nec nisi speciali ratione ita postulante.

R. 19. Saepe fit, vt voces duae, rarius tres, ad summum quatuor, praesertim breuiores, et monosyllabae, ipsoque sensu arctius cohaerentes, in pronunciatione inter se connectantur, et quasi vnam in vocem coalescant, ita vt sola vltima tonum habeat, priores autem accentu tonico priuentur. Signum huius arctioris coniunctionis est *Lineola*, quae dicitur *Makkaph*; vt אֶל־מָקוֹם *ad locum*; כָּל־הָאָרֶץ *tota terra*; כִּי־שְׁאַל־נָא *nam interroga nunc*; אֵת־כָּל־אֲשֶׁר־בָּם *omne quod in ipsis*.

R. 20. *Accentus euphonicus* est, qui, praeter tonicum, in certis tantum casibus adhibetur, tanquam rite instituendae pronunciationis subsidium. Lineola est perpendicularis, infra literas ponenda. Vsus eius varii quidem sunt; praecipue tamen obseruandi hi duo:

*Prior*, vt vocali, cui apponitur, aliquam addat longiorem moram, atque moneat, eam non breuiter et raptim pronunciandam esse; vt יַעַזֹב *relinquent*; וְלָקַחְתָּ *et accipies*; לֵאלֹהִים *Deo*.

*Posterior*, vt moneat, vocalem, cui apponitur, cum sequente consona, scheua habente, non esse vnam in syllabam connectendam; vt פָּקְדוּ *pakdu*, non *pak-du*; וַיְהִי *va-jhi*, non *vaj-hi*.

Vtroque hoc vsu, quia accentus euphonicus, ad instar *freni* cuiusdam, inhibet quasi cursum pronunciationis, a Judaeorum Grammaticis *Methegh* (מֶתֶג, *frenum*,) vocari solet.

## *SECTIO III.* DE SYLLABA.

R. 21. Ex coniunctione literarum et vocalium *Syllabae* nascuntur. Ea coniunctio, quemadmodum et illa syllabarum atque vocum, ita fit, vt in scribendo et legendo a dextra ad sinistram procedatur.

R. 22. a. Omnes Hebraeorum syllabae incipiunt litera consonante; vt פָּקַד. Quando, aliis in Linguis, vocales incipiunt, vel etiam absoluunt, syllabam, Hebraei literam א, valentem idem quod spiritus lenis Graecorum, vt supra iam dictum est *Reg.* 2. praemittunt; vt אֲמֵנוֹן, Ἀμνών, אֵלִי Ἠλί.

b. Vocalem praecedit, in eadem syllaba, vel vna litera consonans; vt פָּקַד; vel, ad summum, duae; vt פְּקוֹד. Trium vero consonantium concursus ante vnam vocalem non permittitur, sed, secundum leges deinceps proferendas, euitatur. Sic pro לִפְקוֹד dicitur לִפְקוֹד.

c. Vnam

c. Vnam in syllabam Hebraei vnam tantum vocalem admittunt; adeoque nullas habent diphthongos.

In vna voce יְרוּשָׁלַם *Hierosolyma* duae vocales, Patach et Chirek, vni Lamed subiiciuntur. Sed per compendium ita scripserunt Librarii pro יְרוּשָׁלָיִם, vt plene scribitur *Jer.* 26, 18. et alibi.

d. Quando syllaba in vocali desinit, *pura* dicitur; sed quando post vocalem adhuc accedit consonans mobilis, syllaba vocatur *mixta*. Sic in פָּקַד prior syllaba est pura, posterior mixta. Litera quiescens si vocalem sola sequatur, quia non pronunciatur, syllaba manet pura. Sic in בְּרֵאשִׁית posterior quidem syllaba mixta, sed prior pura est.

e. In medio vocis vna tantum litera mobilis in syllabam praecedentis vocalis recipitur. Quare si concurrant ibi duae vocali carentes, prior ad syllabam vocalis praecedentis, posterior ad syllabam vocalis sequentis referri debet; vt נִפְקְדוּ non legendum est *niphk-du*, sed *niph kdu*.

f. In fine vocis, etsi plerumque vna tantum consonans vocalem sequitur; vt פָּקַד; interdum tamen duae adsunt, sed nunquam plures; vt קָשְׁטְ, שָׁמַרְתְּ.

## *Motus et quies literarum* אהוי.

R. 23. a. Quatuor literae quieti obnoxiae, אהוי, semper mouentur, quando vocalem, cuius ad syllabam pertinent, praecedunt; vt אָמַרְ, הָלַכְ, יָוַלְדְ.

Peculiare quid habet vnum Vav, puncto Schurek notatum, quod, initio vocis, ob solam euphoniam, in quietem cadit. Sic pro וְמִי *vmi* dixerunt et scripserunt

runt וּמִי, quod legendum *umi*; quasi scriptum esset אוּמִי. Simili ratione Syri literam Jod mittunt in quietem, pro יְתֵב *jthebh* scribentes יִתֵב, quod pronunciant *ithebh*, quasi scriptum esset אִיתֵב.

b. Eaedem literae, אהוי, quando vocalem, cuius ad syllabam pertinent, sequuntur, saepe seruant suum motum; vt יַאְסֹר, נֶהְפַּךְ, שָׁלַוְתִּי, בַּיְתָה.

c. Litera He in medio vocis semper est mobilis, et nunquam quiescit.

d. Literae אהוי motum suum amittere, et in quietem ire solent, quando, propria vocali destitutae, sequuntur vocalem huic quieti commodam et opportunam; quae ipsa vocalis ideo paulo longiorem in sonum producta pronunciatur.

*Aleph*, quia lenis est spiritus, qui, quando vocalem sequitur, parum percipi potest, tam in medio, quam in fine vocum quiescit, quae fere cunque vocalis praecedat; vt רָאשִׁים, לַאדֹנִי, מֹצֵא, פֶּרֶא, רִאשׁוֹן, רֹאשׁ, מָצוּא, פֻּארָה.

*He* tantum in fine vocum quiescit, quando, carens puncto Mappik, sequitur vocales Kamets, Tseri, Cholem, et Segol; vt גָּלָה, גְּלֵה, גָּלֹה, גּוֹלֶה.

*Vav*, tam in medio, quam in fine, vocum, in vocalibus opportunis, Cholem et Schurek, quiescit; vt הוֹלִיד, לוֹ, הוּקַם, פָּקְדוּ.

*Jod*, item in medio et in fine, in opportunis vocalibus, Tseri, Segol, et Chirek, quiescit; vt בֵּיתִי, דִּבְרֵי, דְּבָרֶיךָ, יִירַשׁ.

## *Otium literarum* אהוי.

R. 24. a. *Otiari* dicitur litera, quae, etsi scribitur,

bitur, nihil tamen confert ad pronunciationem, haud ſecus ac ſi plane non adeſſet: quo ipſo differt litera *otians* a *quieſcente*; haec enim vocali proxime praecedenti addit aliquam longiorem moram, quod illa non facit.

b. Eaedem illae literae, אהוי, quae *quieti* obnoxiae ſunt, certis in caſibus *otiantur*; et quidem,

α. quando non vocalis, ſed ſolum ſcheua, proxime praecedit; vt חֵטְא, צָוְארֵי, אֵתְּי.

β. quando quieſcens litera vel praecedit; vt הֵבִיאָתָ; vel ſequitur; vt חֹטְאִים.

γ. quando proxime ſequitur Dageſch forte; vt מַה־זֶּה, legendum ac ſi ſcriptum eſſet מַזֶּה, prout ſcribitur *Exod.* 4, 2. Item הֲמִיתִּיו, legendum ut הֲמִתִּיו, 1 *Sam.* 17, 35.

δ. *Jod*, quando ſequitur vocalem quieti ipſius non opportunam; vt דְּבָרָיו, legendum vt דְּבָרָו, prout ſcribitur multis in locis.

## *Scheva vel mobile vel quieſcens.*

R. 25. Ad ſyllabas rite conſtituendas vtilis eſt diſtinctio inter *ſcheva mobile* et *quieſcens*.

Scheva *mobile* dicitur, quod ponitur ſub conſonante, quae ſyllabam incipit.

Scheva *quieſcens* dicitur, quod ponitur ſub conſonante, quae ſyllabam claudit.

Quare *mobile* refert conſonantem ad vocalem conſonantis ſequentis; *quieſcens*, ad vocalem præcedentis, adeoque ſemper ſyllabam efficit mixtam.

Quando prior duarum conſonantium, vnam vocalem praecedentium, effertur, ei adhaeret aër cum vi quadam

quadam ex ore explosus, quem vocarunt *motum schevatis:* sed quando consonans vocalem sequitur, hic aër cohibetur, et ore absorbetur, quod dixerunt *schevatis quietem.* Discrimen clare sentiet, qui comparabit, exempli causa, סְמֹךְ cum יִסְמֹךְ, לְמַד cum יִלְמַד, &c.

R. 26. a. Scheva esse *mobile* intelligitur,

α. quando ad primam vocis literam ponitur; ut פְּקוֹד.

β. quando in medio vocis aliud scheva proxime praecessit; vt נִפְקְדוּ. conf. *Reg.* 22. e.

γ. quando sub litera per Dagesch forte duplicata collocatur; vt פַּקְּדוּ.

δ. quando sequitur vocalem longam accentu euphonico notatam; vt פָּקְדוּ

ε. denique omne scheva compositum est mobile; vt עֲבֹד, יֶאֱסֹר, הָהֲרַב.

b. Scheva esse *quiescens* cognoscitur,

α. quando est in fine vocis, siue vnum; vt דֶּרֶךְ; siue geminum; vt יֵרֶךְ.

β. quando sequitur vocalem breuem nullo accentu notatam; vt דַּרְכִּי, עַלְמָה.

γ. quando sequitur vocalem longam, saepe et breuem, accentu tonico notatam; vt יָכֹלְתִּי, אַרְצָה, פָּקַדְתִּי.

δ. patach furtiuum quoties adest, pro scheuate quiescente substitutum est, adeoque suam consonantem adnectit praecedenti vocali; vt רוּחַ, יֶחַדְ, pro יִחְדְּ.

*Usus Dagesch lenis.*

R. 27. Ad syllabae constitutionem pertinet quoque vsus vtriusque *Dagesch*, lenis et fortis.

*Dagesch*

*Dageſch lene*, literis adſpiratis בגדכפת, ſolius euphoniae gratia, inſertum, vt eas priuet adſpiratione, vbi ea incommoda foret, adhibetur

a. in vocis principio, medio, et fine, quando proxime praecedit litera mobilis, habens ſcheua quieſcens, expreſſum, vel omiſſum; vt לְמֶלֶךְ תֵּן, *Pſ.* 72, 1. עֵץ פְּרִי, *Gen.* 1, 11. יֶהְגֶּה, *Pſ.* 1, 2. אָמַרְתְּ, *Jud.* 17, 2.

Quodſi, in media voce, minus incommoda fuerit, poſt ſcheua quieſcens, literae adſpiratio, ea ſaepe manet, nullumque adeſt dageſch lene; vt לְבַבְכֶם, *Pſ.* 31, 25.

b. dageſch lene in principio vocis adhibetur, quando oratio, vel noua orationis periodus, vel ſaltem nouum periodi membrum, inchoatur; vt בְּרֵאשִׁית, *Gen.* 1, 1. כִּי, *Pſ.* 6, 6. בִּשְׁאוֹל, ibid.

c. in principio vocis, quando alia litera adſpirata proxime ſequitur; vt בְּפֶרֶךְ, *Lev.* 25, 53.

R. 28. a. *Dageſch forte* literam, cui inſcribitur, ita duplicat, vt prior referenda ſit ad vocalem praecedentem, poſterior ad ſequentem.

Quare illud ſemper ante ſe vocalem habet; eaque nota a dageſch leni, poſt ſcheua quieſcens poſito, facile discerni poteſt.

b. Prior litera, quae proprie per dageſch forte exprimitur, quia claudit ſyllabam praecedentis vocalis, ſemper cenſenda eſt ſcheua quieſcens habere, ſyllabamque mixtam efficere; vt פַּקֵּד, pro פַּקְקֵד.

Quodſi tamen duplicetur litera quieti obnoxia, atque vocalis praecedens quieti opportuna ſit, tum prior quieſcit, poſterior manet mobilis; vt צִיּוֹן, pro צִיִּיוֹן, non pro צִיְּיוֹן,

c. Prima

c. Prima vocis litera rarius per dageſch forte duplicatur; quod tamen vbi fit, prior ad vltimam vocalem vocis praecedentis referenda eſt; vt הִרְחַבְתָּ לִּי, *Pſ.* 4, 2. lege, ac ſi ſcriptum eſſet הִרְחַבְתָּל לִי.

d. Litera, habens ſcheua mobile, poteſt, et ſolet, per dageſch forte duplicari; vt פַּקְּדוּ, valens idem quod פַּקְקְדוּ. Non raro tamen ex tali litera dageſch omittitur, duplicatione neglecta, per molliorem pronunciandi rationem; vt יִשְׂאוּ, pro יִשְּׂאוּ; חָקְכֶם, pro חָקְּכֶם; וַיְבָרֶךְ, pro וַיְּבָרֶךְ.

e. Vltima vocis litera, ſi vocali deſtituta ſit, non recipit dageſch forte, quia commode duplicari non poteſt. Quare voces *apocopen* paſſae, quae dageſch habuerunt, id amittunt; vt יְגַל, pro יְגַלֶּ, ex יְגַלֶּה; הַט, pro הַטְּ, ex הַטֵּה.

f. Literae gutturales, אהחע, et *Reſch*, etſi dageſch forte poſſunt recipere, plerumque tamen, quia earum duplicatio incommodior eſt, ſolius euphoniae gratia illud auerſantur; vt פָּעֵל, pro פַּעֵל; בָּרֵךְ, pro בַּרֵּךְ; quare dici ſolent *literae indageſſabiles.*

Interdum hae literae, praeſertim Reſch, dageſch recipiunt, nulla euphoniae ratione habita; vt רֹאוּ, *Job.* 33, 21. כָּרַת שָׁרֵּךְ, *Ezech.* 16, 4. הַרְאִיתֶם, 1 *Sam.* 10, 24. 17, 25.

R. 29. Dageſch forte eſt vel *Compenſatiuum*, vel *Characteriſticum*, vel *Euphonicum.*

*Compenſatiuum* eſt, quod literam omiſſam compenſat, per ſequentis duplicationem, vt צִלּוֹ, pro צִלְלוֹ; יִפָּקֵד, pro יִנְפָּקֵד.

*Characte-*

*Characteriſticum* eſt, quod inſeruit formae vocis, per literae duplicationem conſtituendae atque deſignandae; vt פִּפֶּךָ, נִבּוֹר, גַּמָּלִים.

*Euphonicum* eſt, quod, cum ſalua Linguae analogia abeſſe poſſet, tantummodo ſuauioris, aut fortioris, pronunciationis cauſa inſeritur. Hoc occurrit,

a. in media voce, ad literas praeſertim ſibilantes, quae ibi facile ſe duplicant; vt אִשָּׁה, pro אִישָׁה; יַסַּבּוּ, pro יָסֵבּוּ, *Jud.* 18, 23. 1 *Sam.* 5, 8. לִיסּוֹד, pro לִיסוֹד, 2 *Chron* 31, 7. הַצַּפִּינוּן, pro הַצְפִּינוּן, *Exod.* 2, 3. Item ad alias interdum literas, vbi ſubeſt peculiaris emphaſis; vt in לַמָּה *quare?* pro לָמָּה.

b. in principio vocis, quæ cum alia praecedente, in vocalem, literamue quieſcentem, exeunte, arctius cohaeret; lineola makkaph vel intercedente, vel non intercedente; vt שָׁכְנָה־לָּהּ, *habitauit ſibi*, *Pſ.* 120, 6. וַיַּגִּידוּ לוֹ, *et indicabant ipſi*, *Gen.* 42, 29. הָרָה נָסוֹ, *montem verſus fugerunt*, *Gen.* 14, 10.

Hoc dageſch euphonicum ſaepe grauiorem quandam indicat animi affectionem, atque πάθος loquentis; vt קוּמוּ צֵאוּ, *ſurgite exite!* (in vrgente periculo) *Gen.* 19, 14. אוֹיָה־לִי *eheu mihi!* *Pſ.* 120, 5. מַה־טּוֹב וּמַה־נָּעִים *quam bonum! et quam ſuaue!* *Pſ.* 133, 1. vbi et breuius ſcribi potuiſſet מַטּוֹב, et מַנָּעִים; quemadmodum reperitur מַזֶּה, *quid hoc?* *Exod.* 4, 2. pro מַה־זֶּה; item מַתְּלָאָה, *quae fatigatio!* *Mal.* 1, 13. pro מַה־תְּלָאָה.

R. 30. Exponenda reſtat lex, ampliſſimum vſum habens, de *ſyllabarum temporibus*, quae huc redit, ſyllabas Hebraeas ita fere conſtitutas eſſe,

vt, poſt conſonantem vnam, vel duas, ſingulae habeant minimum duo tempora.

*Tempus* hic dicitur breue temporis ſpatium, ad certam quaſi menſuram exactum; quod quantum ſit, inde intelligi poteſt, quod vocalis breuis vnius ſit temporis, longa duorum. Porro litera, quae vocalem ſequitur, vel mobilis, vel quieſcens, quia et ipſa aliquid morae requirit, ſyllabam vno tempore auget. Denique accentus, tam tonicus, quam euphonicus, quia ſyllabam, ad quam ponitur, nonnihil producit, vnum ei tempus addit. Sed quae literae vocalem praecedunt, quia ad ſyllabam producendam reuera nihil conferunt, nullo tempore eam augere cenſentur. Vnde ſequitur, *nullum tempus tribuendum* eſſe *ſchevati mobili*, vel *ſimplici* vel *compoſito*.

Exempla hanc doctrinam, paulo obſcuriorem, illuſtrabunt. In בָּנָךְ prioris ſyllabae vnum tempus occupat vocalis breuis, alterum addit accentus tonicus; poſterioris ſyllabae tempus vnum efficit iterum vocalis breuis, alterum addit litera mobilis, quae vocalem ſequitur. Quodſi autem pro illo dicas כְּבָנֶךָ, priori ſyllabae nullum ideo nouum tempus accedit. Porro in קָצָה prior ſyllaba tria tempora habet, ſcil. vocalem longam, et accentum tonicum; poſterior duo, vocalem breuem et literam quieſcentem. In יַעַמְדוּ prior continet duo tempora, vocalem brevem, et accentum euphonicum; poſterior quatuor, vocalem longam, literam vocali ſubiunctam, et accentum tonicum; ſed literae, quae cum ſchevate compoſito vocalem praecedit, nullum tempus eſt. In סָרִיסִים prima ſyllaba conſtat temporibus tribus, vocali longa, et accentu euphonico; ſecunda duobus, vocali longa;

longa; tertia quatuor, vocali longa, litera vocalem sequente, et accentu tonico. Denique in יוֹצֵאת priori syllabae, vocalem longam habenti, duo sunt tempora; posteriori quinque; nam duo occupat vocalis longa, tertium addit litera quiescens, quartum litera syllabam claudens, quintum accentus tonicus. Apparet itaque, syllabam posse plura quidem, non autem pauciora tempora habere duobus.

R. 31. Vocalis breuis, cum sit vnius temporis, non potest syllabam absoluere, sed indiget *complemento*, quod addat tempus secundum.

R. 32. Complementa temporis in vocali breui deficientis, quinque sunt generum.

a. Litera mobilis, quae vocalem sequitur, eaque vel expressa, vel per dagesch forte inserta; vt יִפְקֹד; פֻּקֵּד pro פֻּקֶד.

b. Litera mobilis, quae ex sola analogia adesse intelligitur, vbi dagesch forte ex litera indagessabili omissum fuit; vt מַהֵר pro מַהַר, sive מַהֵהַר.

c. Litera quiescens; vt קָצָה.

d. Accentus tonicus; vt בִּגֶד.

e. Accentus euphonicus; vt יַעֲשֶׂה.

## *SECTIO IV.* DE MVTATIONE PVNCTORVM GENERALI.

R. 33. Vocales omnes, longae, et breues, natura sua sunt *mutabiles*, vt vel tolli, substituto schevate, vel ex breuibus longae, et vicissim ex longis breues, fieri possint.

Sed vocales sunt *immutabiles*, vbi Linguae ana-

logia non permittit eas mutari, atque in iis positus est necessarius character formae vocum.

E. gr. in יָשָׁר, *rectus*, Kamets prius est mutabile, et ab eo fit יְשָׁרִים, *recti*, vbi abiit in scheva: sed in פָּרָשׁ, *eques*, eadem vocalis est immutabilis, et inde fit פָּרָשִׁים, *equites*, non פְּרָשִׁים. Si enim prius Kamets hic periret, vera vocis forma, qua פָּרָשׁ pro פָּרָשׁ dictum fuit, non amplius dignosci posset.

R. 34. Quando vocalis longa mutatur in breuem oppositam, aut breuis in longam oppositam, oppositio est vel *directa*, vel *obliqua*.

*Directe* sibi inuicem opponuntur longae et breues, quae sunt plane eiusdem soni; scilicet Kamets et Patach; Tseri et Segol; &c.

*Oblique* sibi inuicem opponuntur, quae sonum non eundem, sed vicinum, habent; quales sunt soni *a* et *e*, *e* et *i*, *o* et *u*. Hac ratione saepe contingit, vt Tseri corripiatur in Patach, aut Chirek breue; et vicissim Chirek breue in Tseri producatur; item Cholem Kibbuts sibi substituat, et Kamets Chatuph producatur in Schurek. Sic a גָּרַל *crevit*, fit גְּרַלְתֶּם *creuistis*; ab אֵם *mater*, est אִמּוֹ *mater eius*; pro בֵּרֵךְ *benedixit*, substituitur בֵּרֶךְ; a תֹּם *integritas*, venit תֻּמִּי *integritas mea*; חָסְבָּב *cinctus fuit*, in חוֹסֵב contrahitur.

R. 35. Vocalis brevis, quia sola syllabam absoluere nequit, (*Reg.* 31.) vel tollitur, sub-

ſubſtituto ſchevate; vel in longam oppoſitam producitur; vel aliud ſyllabae complementum accipit. Sic a פָּקַד *inſpexit*, non fit פָּקְדוּ, ſed פָּקְדוּ, *inſpexerunt*; ab עַל *ſuper*, non fit עַלָיו, ſed עָלָיו, *ſuper ipſum*; ab עִם *cum*, non fit עִמוֹ, ſed עִמּוֹ, *cum ipſo*.

R. 36. Vocalis longa, ſi ponatur in ſyllaba mixta, neque additum habeat accentum tonicum, vel euphonicum, corripitur in oppoſitam brevem. Sic a יִפָּקֵד fit, retracto accentu, יִפָּקֶד; a יֵשׁ fit, deducto accentu, יֶשְׁכֶם, vel יִשְׁכֶם.

Hinc etiam dageſch forte, quia ſemper ſyllabam mixtam efficit, *Reg.* 28. b. non patitur ante ſe vocalem longam, niſi praeſens adſit accentus; vt a סֹבּוּ fit, accentu deducto, סֻבֶּינָה, non סֹבֶּינָה.

Vt vocalis longa in ſyllaba mixta, poſt ablatum accentum tonicum, manere poſſit, ſaepe additur euphonicus; vt אֵין־דָּבָר; quem tamen librarii interdum omiſerunt; vt אֵין־כָּמוֹךָ, *Pſ.* 86, 8.

## *Diſtinctio Kamets Chatuph a Kamets.*

R. 37. Quandoquidem vocalis longa non adhiberi ſolet in ſyllaba mixta, (R. 21. d.) quae accentu caret, (*Reg.* 36.) ſequitur, figuram (ֽ), in tali ſyllaba occurrentem, non eſſe Kamets, vocalem longam, ſed Kamets Chatuph, vocalem breuem; vt קָרְבָּן, lege *Korbân*; חָנֵּנִי, lege *chonnéni*.

Hac vna nota Kamets et Kamets Chatuph a ſe inuicem diſcernuntur. Obſeruandum tamen, ſcheva quieſcens, in quod exit ſyllaba mixta, interdum, poſt Ka-

mets Chatuph, fieri compositum et mobile, scilicet Chateph Kamets; vt אָהֳלוֹ, pro אָהֳלוֹ: imo hoc Chateph Kamets, sequente alio schevate, in Kamets Chatuph transire; vt אָהָלֶךָ; vbi duae priores syllabae habent Kamets Chatuph, vltima Kamets. Vtriusque mutationis ratio ex sequentibus intelligetur.

R. 38. Litera vltima vocis defectiuae, hoc est, eius, quae, per quandam contractionem, passa est literae penultimae elisionem, vt primum noua syllaba accedit, accipit dagesch forte, quo litera elisa compensetur: quo in casu praecedens vocalis longa, si accentum amiserit, corripienda est in oppositam breuem (*Reg.* 36.) Sic ab עָם *populus*, quod est ab עַמַּם, fit עַמִּים *populi*; ab אֵם *mater*, quod est ab אמם, est אִמּוֹ *mater eius*.

R. 39. Dagesch forte, quando, secundum *Reg.* 28. f. ex literis gutturalibus et Resch omittitur, compensatur vel ita, vt praecedens vocalis breuis in oppositam longam producatur; vel ita, vt vocalis breuis maneat quidem, sed valeat, hoc in casu, idem quod longa, atque duo syllabae tempora impleat, secundum *Reg.* 32. b Prior compensatio vocatur *explicita*, posterior *implicita*. Sic pro בַּהַר est בָּהָר *in monte*; pro בֵּרַךְ dicitur בֵּרֵךְ *benedixit*; sed pro יַחֵל *exspectare*, manfit, omisso dagesch, יְחֵל; pro חַיִּי *viuus*, promiscue scribitur vel חָיִי, vel חָי; &c.

R. 40. a. Vocales longae, quando sunt mutabiles, non consistunt in syllaba tertia, et vlteriore, ab accentu tonico, sed, ob festinantem pronunciationem, tolluntur, substituto schevate: vt פִּקְדָתִם

פְּקַדְתֶּם *inſpexiſtis*, pro פָּקַדְתֶּם, a פָּקַד *inſpexit*; לְבָבֵנוּ *cor noſtrum*, pro לֵבָבֵנוּ, a לֵבָב, *cor*.

b. Vocales longae, quando ſunt immutabiles, in ſyllaba tertia, et vlteriore, ab accentu tonico, non tolluntur, ſed manent, et accentu euphonico fulciuntur; vt הָרְשָׁעִים *improbi*; לֵאלֹהִים *Deo*; יִירָשֵׁם *occupabit eos*; הוֹלִידוֹ *gignere eum*; מוֹסָרִי *diſciplina mea*.

R. 41. Reſtant adhuc aliae quaedam regulae, minus generales, de mutationibus vocalium, vel ex ſolius euphoniae ſtudio, vel ex diuerſa olim pronunciandi ſcribendiue ratione, enatis. Earum praecipuae hic non ſunt omittendae.

a. Tſeri et Chirek longum, nec non Cholem et Schurek, ſaepe ſibi inuicem ſubſtituuntur, ob ſoni affinitatem; vt יַפְקֵד et יַפְקִיד; לִירֹא et לֵרֹא; יָקוֹם et יָקוּם.

b. Schurek et Kibbuts interdum inter ſe permutantur, ita vt Kibbuts ſit vocalis longa, Schurek autem breuis; vt צֻרִים, pro צוּרִים; יָמֻתוּ, pro יָמוּתוּ: et viciſſim הוֹלָלוּ; pro הֻלָּלוּ; הוֹלֶדֶת, pro הֻלֶּדֶת.

c. Vocalis longa interdum reſoluitur in breuem oppoſitam et dageſch forte; praeſertim ſi ſequatur litera ſibilans; vt פּוֹרִיָּה, pro פּוֹרֵיָּה; יַסֵּבוּ, pro יָסֵבּוּ.

d. Vocalis longa, quando accipit accentum, interdum breuem ſibi ſubſtituit; vt יִמַּח, pro יִמָּח, quod ex יִמָּחֶה.

e. Vocalis longa, accentum habens, ante literam ſchevatam, ſaepe tranſit in breuem, vt

primum collocatur in medio vocis, vbi quatuor temporum ſyllabae non amantur. Sic a קָם fit קַמְתִּי, pro קָמְתִּי; a פִּקֵּד fit פִּקַּדְתָּ, pro פִּקֵּדְתָּ; ab עֵת eſt עַתָּה, pro עֵתָה.

f. Vocalis brevis, accentum habens, interdum longam ſibi ſubſtituit; vt יֵבֵךְ, pro יִבְךְ, ex יִבְכֶּה. Sic יֵט, pro יִט; תֵּרֵב, pro תִּרֶב.

Huc pertinet, quod Patach, accentum habens, ante literam Vav, ob diductiorem et quaſi pinguiorem eius ſonum, in Kamets transire ſoleat; vt יְתָו, pro יְתַו, ex יְתַוֶּה; יִתְאָו, pro יִתְאַו, ex יִתְאַוֶּה. Inde eſt, quod ſcribatur Kamets in מָוֶת, forma ducta ex מַוְתְּ; atque ita in ſimilibus.

R. 42. a. Literae gutturales patiuntur quidem ante ſe Chirek breve; vt נִחַם, יִהְיֶה; ſaepius tamen id mutant in Patach, vel Segol; vt יַאְסֹר, vel יֶאְסֹר, pro יִאְסֹר; נֶהְפַּךְ, pro נִהְפַּךְ; יַחֵם, pro יִחֵם; לַעְזֹר, pro לִעְזֹר.

b. Literae gutturales mobiles, nec non Reſch, in fine vocis poſitae, pro praecedente Tſeri aut Segol ſaepe Patach aſſumunt; vt נֹטַע, pro נֹטֵע; סִגַּר, pro סִגֵּר; וַיַּסַּר, pro וַיָּסֶר. Huc pertinet וַיַּרְא, pro וַיֵּרֶא, et hoc, ſecundum *R.* 41. f. pro וַיֵּרֶא, ex יִרְאֶה.

c. Eaedem literae gutturales, etiam in media voce poſitae, Tſeri et Segol interdum in Patach vertunt; vt הַמְעַד, pro הַמְעֵד; וַיָּעַף, pro וַיָּעֶף, ex יָעֵף.

d. Literae gutturales, ſi Kamets ſub ſe habeant, praecedens Patach in Segol mutare amant, ad

ad ſoni varietatem; ut נֶאֱצָה, pro נַאֲצָה; הֶהָרִים, pro הַהָרִים; אֶחָי, pro אַחָי.

R. 43. a. Literae Aleph et He, in fine vocis quieſcentes, praecedens Patach in Kamets mutare ſolent; vt קָרָא, pro קָרַא; גָּלָה, pro גָּלַה.

b. Literae quieti obnoxiae, אוי, ſi praecedat vocalis earum quieti non commoda, ſaepe aliam commodam ſubſtituunt; vt יֹאסֵף, pro יַאֲסֵף; הוֹלִיד, pro הֵוֹלִיד et הַוֹלִיד; יוֹם, pro יַוֹם; תֹּהוּ, pro תֹּהֶו; יִשְׁתַּחוּ, pro יִשְׁתַּחַו; בֵּיתוֹ, pro בַּיְתוֹ; גָּלִיתָ, pro גָּלַיְתָ.

c. Eaedem literae, אוי, ſcheva ante ſe habentes, ſuam vocalem reiiciunt ſaepe in eius locum; vt רָאשִׁים, pro רְאָשִׁים; יָקוֹם, pro יַקְוֹם; בִּיתְרוֹן; pro בְּיִתְרוֹן.

d. Interdum illae, poſt reiectam vocalem, prorſus excidunt; vt שֵׁרִית, ex שְׁאֵרִית; יָמִים, (conf. R. 96.) ex יְוָמִים; עָרִים, ex עֲיָרִים.

e. Ad easdem literas, אוי, in quietem pronas, duae vocales interdum in vnam, in qua illae quieſcant, contrahuntur; vt חַטָּאת, pro חַטָּאֵת; יֹצֵאת, pro יֹצֶאֶת; אָחוֹת, pro אָחֶוֶת; גָּלוֹת, pro גָּלֶוֶת; תַּבְנִית, pro תַּבְנֶיֶת.

44. Dictum eſt ſupra, (*R.* 22. f.) admitti quidem, in fine vocis, duas conſonantes vnam vocalem ſequentes: attamen, quia earum concurſus ſaepe ingratus eſt, atque durioris ſoni ſyllabas parit, ad eum euitandum factae ſunt variae quaedam mutationes vocalium, quas notas habere magni intereſt, ad intelligendam multarum formarum analogiam.

R. 45. Nihil mutationis in vocalibus ob illum concurſum conſonantium accidit,

a. quando duae conſonantes mobiles eius ſunt indolis, vt haud difficulter poſt vnam vocalem pronunciari poſſint; vt נֵרְדְּ, קֹשְׁטְ, וַיֵּבְךְּ, וַיַּשְׁקְ, אָמַרְתְּ, פָּקַדְתְּ, atque ita ſemper in poſtrema hac forma.

b. quando vel penultima, vel vltima, mittitur in quietem, aut in otium; vt רֹאשׁ, גּוֹי, עִיר, וַיּוֹר, וַיֵּף, חֵטְא, גַּיְא, שָׁוְא, וַיֵּרָא.

c. quando duae ſimiles literae concurrunt, vbi prior excidit; vt חֹק, pro חֹקְקְ; פִּי, pro פִּיְיְ; item quando prior eſt Nun, ſimili ratione excidens; vt אַף, pro אַנְפְּ.

R. 46. a. Quando autem ille conſonantium, in fine vocis vnam vocalem ſequentium, concurſus efficit ſyllabam durioris pronunciationis, duplici modo euitatur, ſcilicet vel noua vocali in ſubſidium aſſumta, vel per vocalis transpoſitionem.

b. Noua vocalis, quae in ſubſidium, facilioris pronunciationis gratia, aſſumitur, plerumque eſt Segol; vt אֵבֶר, pro אֵבְרְ; קֹדֶשׁ, pro קֹדְשְׁ; קֶצֶף, pro קֶצְפְּ; יֶרֶף, pro יֶרְפְּ; יֶקֶשׁ, pro יֶקְשְׁ; תֵּרֶב, pro תֵּרְב, quod factum ex תִּרְבְּ, ſecundum *R.* 41. f.

c. Hoc Segol ſubſidiarium, ſi ante ſe vel Chirek vel Patach habeat, eas vocales etiam ipſas, ſuauioris ſoni cauſa, vertere ſolet in Segol. Sic בֶּגֶד eſt pro בִּגְדְּ; כֶּבֶשׂ pro כִּבְשְׂ; דֶּרֶךְ pro דִּרְךְּ; מֶלֶךְ pro מַלְךְּ; יֶגֶל pro יַגְלְ, in forma apocopata ex יַגְלֶה; ſimiliter תָּמֶס pro תַּמְסְ; הֶגֶל pro הַגְלְ; הֶרֶף pro הַרְפְּ; &c.

Huc

Huc refer גַּת, contractum ex גֶּתֶת, quod analogia requirit pro priſtino גִּתְתְּ, a quo manſit גִּתּוֹת. Similiter בַּת contractum eſt ex בֶּנֶת, cuius forma primaria fuit בִּנְתְּ, vnde deſcendit בִּתּוֹ, pro בַּנְתּוֹ. Mitto alia huius generis plura.

d. Quodſi duarum conſonantium, dicto modo concurrentium, alterutra ſit gutturalis, pro ſubſidiario Segol aſſumitur Patach, commodior vocalis; vt בֶּטַח, pro בֶּטֶח, ex בִּטְחְ; יֶשַׁע, pro יֶשֶׁע, ex יִשְׁעְ; Item לַהַב, ex לַהְבְ; פֹּעַל, ex פֹּעֲלְ; יַעַל, ex יַעְלְ; יִשְׁתַּחַו, (ex quo fit יִשְׁתַּחוּ, *R.* 43. b.) ex יִשְׁתַּחְוְ.

e. Quodſi penultima illarum literarum fuerit Jod mobilis, ſubſidiaria vocalis aſſumitur Chirek, tanquam huic literae commodior; vt בַּיִת, pro בַּיְתְ; שַׁיִת, pro שַׁיְתְ.

Sed Vav penultima, ſi ſit mobilis, ſeruat Segol; mutat tamen praecedens Patach in Kamets, *R.* 41. f. vt עָוֶל, pro עַוְלְ; מָוֶת, pro מַוְתְ: quae עַוְלְ et מַוְתְ etiam in עוֹל et מוֹת transire poſſunt, *R.* 43. b.

R. 47. a. Alter modus euitandi ingratum concurſum duarum conſonantium, vnam vocalem in fine vocis ſequentium, is eſt, vt haec vocalis a ſua litera ad proxime ſequentem traiiciatur; vt בְּאֵר, pro בֵּאֵר; סְגֹר, pro סֹגֵר; קְחַת, pro קַחְתְ. Sed Chirek, ſic traiicienda, potius Patach, vel Segol, ſibi ſubſtituit; vt דְּבַשׁ, ex דִּבְשְׁ; תֶּשַׁע, ex תִּשְׁעְ; שְׁכֶם, ex שִׁכְמְ.

Huc referendum eſt, quod reperitur שְׂאֵת, pro שֵׂאת, quod ex שֶׂאֶת; item מְצֹאֵת, pro מֵצֹאת, quod ex מֵצֶאֶת contractum erat, ſecundum *R.* 43. e.

b. Hanc

b. Hanc vocalis traiectionem amant imprimis voces vltimam Jod habentes, quae litera tum in Chirek commode quieſcit. Sic פְּרִי eſt pro פִּרְיִ; יְהִי pro יִהְיִ, in forma apocopata ex יִהְיֶה; יְחִי pro יִחְיִ, quod a יִחְיֶה.

c. Quodſi vocalis traiicienda fuerit Patach, Tſeri, Segol, aut Cholem, ea in Chirek tranſit, vt Jod quieſcere poſſit. Sic אֲרִי eſt pro אַרְיִ, per tranſpoſitionem orto ex אֶרְיִ; ſimiliter חֲצִי eſt pro חֶצְיִ, orto ex חֶצְיִ; מְרִי pro מֶרְיִ, ex מֶרְיִ; דְּפִי pro דֹּפְיִ, ex דֹּפְיִ.

R. 48. Patach furtiuum (genubha) in locum ſchevatis quieſcentis ſubſtituitur,

a. ad literas ה, (ſcilicet mobilem et mappikatam) ח, et ע, quando eae in fine vocis proxime ſequuntur vocales Tſeri, Chirek, Cholem, Schurek, et huius vicariam Kibbuts; vt שָׁמַע; שָׂיַח; נָבוֹהַּ; רוּחַ; יְהוֹשָׁעַ.

b. ad literas ח et ע penultimas, ſequente aliqua literarum בגדכפת, vocalem non habente; vt שָׁמַעְתָּ, pro שָׁמַעְתְּ; וַיִּחַדְּ, pro וַיִּחְדְּ.

R. 49. a. Schevata compoſita, ad quascunque literas, in locum ſchevatis ſimplicis poſſunt ſubſtitui: rarius tamen hoc fit ad literas non gutturales; et quidem vel ad faciliorem pronunciationem, vel ad ſonum vocalis, cuius in locum ſcheva ſucceſſit, quodammodo exprimendum. Sic ſcribitur רַטַּפְשׁ, pro רַטְפְּשׁ, quia illud mollius et ſuauius pronunciatur. Pro זְהַבְ reperitur זַהַבְ, quia ortum eſt ex זְהָבְ. Similis ratio in שַׁבְלוּלִים, צַלְצְלִים, aliisque.

b. Ad

b. Ad literas gutturales pro ſchevate ſimplici mobili ſemper ſubſtituitur compoſitum, vt illae facilius et clarius pronunciari poſſint; et quidem plerumque vel Chateph Patach, vel Chateph Segol adhibetur; Chateph Kamets autem fere non occurrit, niſi quando ſcheva ex vocali Cholem ortum fuit; vt אֲשֶׁר; הֱיֵה; פַּחֲדָה; יֹאחֲזוּךָ; פּוֹעֲלִים; הֲדָשִׁים, a חֹדֶשׁ; תִּשְׁשְׁדִי, a תִּשְׁחֹד.

Ante literas durioris ſoni, Chet et Ain, pro Chateph Patach interdum vocalis Patach aſſumitut; vt הַחִלּוּתִי; הַחִלָּם; הַעִירוֹתִי. Etiam ſub Aleph, in vocis initio, nonnunquam Tſeri pro Chateph Segol poſitum reperitur; vt אֵפוּ, pro אֲפוּ, *Ex.* 16, 23. אֵתָיו, pro אֲתָיו, *Jeſ.* 21, 12.

c. Scheva ſimplex quieſcens ad litteras gutturales ſaepe manet; vt נֶהְפַּךְ; שָׁלַחְתָּ; יַעְמְדוּ: ſaepe ſcheva compoſitum ſibi ſubſtituit, et quidem tale, quod ſua compoſitione conueniat cum praecedente vocali, ſi ea fuerit Patach, Segol, aut Kamets Chatuph; vt יַעֲלֶה, pro יַעְלֶה; הֶאֱזִין, pro הֶאְזִין; הָחֳרַב, pro הָחְרַב. Si alia vocalis praecedat, fere Chateph Patach adhibetur; vt תִּהֲלַךְ, pro תִּהְלַךְ. In fine vocis ſcheva compoſitum nullum habet locum.

R. 50. Quandoquidem Hebraei vni vocali nunquam plures, quam, ad ſummum, duas conſonantes praemittunt *R.* 22. b. ſequitur, ferri non poſſe duorum ſchevatum mobilium concurſum, ſed aliquam fieri debere mutationem.

a. Concurrente gemino ſchevate ſimplici mobili, prius in vocalem breuem, plerumque Chirek,

rek, mutatur, posterius fit quiescens; vt si voci לְפִקֹּד praemittatur לְ, pro לְפִקֹּד substituitur לִפְקֹד.

Illud Chirek si praecedat literam Jod, ea in quietem abit, suo schevate amisso; *R.* 23. d. vt לִיסֹּד, pro לִיסֹּד.

Litera Vav, hoc in casu, loco illius Chirek, accipit Schurek, et in ea vocali quiescit; vt וּבָרַךְ, pro וּבָרַךְ. Conf. *not.* ad R. 23. a.

b. Concurrente schevate simplici mobili, et schevate composito, in locum prioris ea substituitur vocalis breuis, quae occurrit in compositione schevatis sequentis; addito accentu euphonico ad syllabae complementum; vt לַעֲבֹד, pro לְעָבֹד; לֶאֱנוֹשׁ, pro לֶאֱנוֹשׁ; לֶחֱלוֹ, pro לֶחֱלוֹ.

Ad literam Aleph haec puncta, in quibusdam frequentioris vsus vocibus, contrahuntur, scil. Patach et Chateph Patach in Patach, Segol et Chateph Segol in Tseri; vt לַאדֹנָי, pro לַאֲדֹנָי; לֵאלֹהִים, pro לֶאֱלֹהִים; לֵאמוֹר, pro לֶאֱמוֹר.

c. Concurrente schevate composito, et simplici mobili, pro priore substituitur ea vocalis breuis, quae in compositione adest, et posterius fit quiescens; vt יַעַבְרוּ, pro יַעֲבְרוּ, ex יַעֲבֹר; נַהַפְכָה, pro נַהֲפְכָה, ex נַהֲפֹךְ; יַעַבְרוּ, pro יַעֲבְרוּ, ex יַעֲבֹר.

## *SECTIO V.* DE VERBO PERFECTO.

R. 51. Partes orationis tres sunt, *Verbum*, *Nomen*, et *Particula*. Initium ducimus a *Verbo*, quod in eo *Radix*, seu forma primitiua, vnde et Nomina et Particulae deriuantur, contineatur.

R. 52.

R. 52. In Verbo *primo* considerandae sunt *Species*, quae dicuntur; *secundo*, modus eas inflectendi.

R. 53. *Species* Verbi dicuntur variae eius formae, quae singulae per sua Tempora, Modos, et Personas, inflecti possunt; suntque vel *primitiua*, vel *deriuatae*.

*Primitiuam* Speciem solae literae radicales constituunt, quae in omni Verbo, originali forma, tres sunt, nunquam plures, nunquam pauciores; vt פָּקַד, וָלַד, יָכַל.

*Deriuatae* Species a primitiua sic deducuntur, vt ad illas tres radicales literas addantur seruiles, vna vel plures, quae peculiarem singularum characterem constituant. Hae literae seruiles vel per geminationem radicalium oriuntur; vt פִּקֵּד; vel aliae sunt a radicalibus diuersae; vt נִפְקַד, הִפְקִיד; vel denique ex vtroque genere coniunguntur; vt הִתְפַּקֵּד. Quaedam deriuatarum Specierum solis vocalibus a se inuicem differunt, scilicet *Actiuae* et *Passiuae*; vt פִּקֵּד et פֻּקַּד.

R. 54. Verbum, cuius tres literae radicales semper praesentes adsunt, et mobiles, *Perfectum* dicitur.

R. 55. Solent vulgo septem Species Verbi perfecti recenseri, vna primitiua, sex deriuatae. Primitiua *Kal* dicitur, a קַל, *leuis*, quia, tam forma, quam significatione, aliis omnibus simplicior et quasi leuior est; vel *Pahal*, a Verbo פָּעַל *fecit*, quo Paradigmate veteres Grammatici vtebantur; quare et omnes deriuatae ab eodem denominatae sunt: sed quoniam illud, ob secundam literam gutturalem, dagesch non recipientem, minus commodum

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn863031765/phys_0067
DFG

modum est, recentiores aliud Paradigma, פָּקַד *inspexit*, substituerunt. Illarum septem Specierum haec est tabella:

| | |
|---|---|
| I. *Kal*, vel *Pahal*, | vt פָּקַד. |
| II. *Niphal*, | vt נִפְקַד. |
| III. *Pihhel*, | vt פִּקֵּד. |
| IV. *Puhhal*, vel *Pohhal*, | vt פֻּקַּד, vel פֹּקַּד. |
| V. *Hiphil*, | vt הִפְקִיד. |
| VI. *Hophal*, vel *Huphal*, | vt הָפְקַד, vel הֻפְקַד. |
| VII. *Hithpahhel*, | vt הִתְפַּקֵּד. |

a. Hae quidem sunt Species vsus frequentioris; sed plures aliae reperiuntur, quarum praecipuas quasdam, superioribus iungendas, hic apponam:

| | |
|---|---|
| VIII. *Hothpahhal*, | vt הָתְפַּקַּד, |
| vel *Huthpahhal*, | vt הֻתְפַּקַּד. |
| IX. *Paahel*, | vt פָּאֵקַד, vel פָּקֵד. |
| X. *Hithpaahel*, | vt הִתְפָּקֵד. |
| XI. *Hothpaahal*, | vt הָתְפָּקַד. |
| XII. *Pohel*, | vt פּוֹקֵד. |
| XIII. *Pohal*, | vt פּוֹקַד. |
| XIV. *Hithpohel*, | vt הִתְפּוֹקֵד. |
| XV. *Piihel*, vel *Peehel*, | vt פִּיקֵד, vel פֵּקֵד. |
| XVI. *Puuhal*, | vt פּוּקַד. |
| XVII. *Pih-el*, | vt פִּקְאֵד. |
| XVIII. *Pihlel*, | vt פִּקְרֵד. |
| XIX. *Puhlal*, vel *Pohlal*, | vt פֻּקְרַד, vel פֹּקְרַד. |
| XX. *Hithpahlel*, | vt הִתְפַּקְרֵד. |
| XXI. *Pehalhal*, | vt פְּקַרְקַד. |

b. Nullùm

b. Nullum hodie Verbum supereſt, et forte olim nullum exſtitit, in quo vno omnes hae Species vſu receptae eſſent; ſed in alio hae, in alio illae, vſitatae ſunt, vel pauciores, vel plures. Vno tamen פָּקַד vtor Paradigmate, vt diſcrimen, quod eſt inter diuerſas Species, clarius cognoſcatur.

R. 56. Species deriuatae ei fini inſeruiunt, vt primitiuae ſignificationem variis modis immutent, eique addant aliam atque aliam vim et poteſtatem, quam ſingulae ſibi habent propriam et peculiarem.

1. *Kal*, vel *Pahal*, פָּקַד, ſignificationem habet ſimplicem, vel tranſitiuam, vel intranſitiuam; vt שָׁבַר *fregit*; עָמַד *ſtetit*.

2. *Niphal*, נִפְקַד, 1. plerumque paſſiua eſt notionis tranſitiuae in Kal; vt נִשְׁבַּר *fractus fuit*. 2. ducitur etiam ab iis, quae in Kal ſunt intranſitiua; vt a בָּאַשׁ *foetuit*, eſt נִבְאַשׁ *foetidus factus eſt*. 3. ſaepe vim reciprocam habet; vt a שָׁמַר *cuſtodiuit*, eſt נִשְׁמַר *cuſtodiuit ſemet*, i. e. *cauit ſibi*. 4. a vi paſſiua, per quendam tropum, nonnunquam tranſit in actiuam; vt a שָׁפַט *iudicauit*, eſt נִשְׁפַּט *iudicatus fuit*, et hinc, per metonymiam, *diſceptauit iudicio*.

3. *Pihbel*, פִּקֵּד, 1. ea, quae in Kal intranſitiua ſunt, tranſitiua reddit; vt ab אָבַד *periit*, eſt אִבֵּד *perdidit*; a טָמֵא *immundus fuit*, eſt טִמֵּא *immundum reddidit*, aut *declarauit*; a חָיָה *vixit*, eſt חִיָּה *viuere fiuit*. 2. in multis vſum intranſitiuum ſeruat, ſed auctum intenſiore quadam poteſtate; vt ab הָלַךְ *iuit*, eſt הִלֵּךְ *itauit*, *graſſatus eſt*. 3. ſimili ratione etiam intendit ſignificationem tranſitiuam in Kal; vt שִׁבֵּר



*penitus*

*penitus confregit*, a שָׁבַר *fregit*. 4. quaedam in Kal tranſitiua reddit dupliciter tranſitiua; vt a יָלַד *peperit*, eſt יִלֵּד *fecit parere*; vnde מְיַלֶּדֶת *faciens parere*, i. e. *obſtetrix*. 5. a Nomine etiam ducit ſignificationem actionis, quae in re, quam illud notat, occupatur; vt a דֶּשֶׁן *cinis*, eſt דִּשֵּׁן *cinerem removit*, quaſi dicas *cinerauit*.

4. *Pubbal*, פֻּקַּד, vel, *Pobbal*, פֻּקָּד, paſſiua eſt praecedentis Pihhel; vt הֻלַּל *laudatus fuit*, ab הִלֵּל *laudauit*, proprie *ſplendidum fecit*; אָדַם *rubefactus eſt*, ab אִדֵּם *rubefecit*.

5. *Hiphil*, הִפְקִיד, 1. vim effectiuam addit notioni actiuae, paſſiuae, et intranſitiuae; vt a פָּקַד *inſpexit*, eſt הִפְקִיד *fecit*, *vt aliquis inſpiceret*, i. e. *conſtituit inſpectorem et praefectum*; item *fecit*, *vt aliquid inſpiceretur*, i. e. *rem alicuius curae et inſpectioni commiſit*; ab עָמַד *ſtetit*, eſt הֶעֱמִיד, pro הִעְמִיד, *fecit ſtare*; a צָדַק *juſtus fuit*, eſt הִצְדִּיק *juſtum fecit*, vel *declarauit*. 2. in multis huius Speciei verbis vulgari quidem vſu recepta eſt ſignificatio intranſitiua, ſed quae originem duxit ex illa priore, per quandam Nominis aut Pronominis ellipſin; vt הִשְׁקִיף *proſpexit*, proprie *curuum fecit*, ſcilicet *corpus*, et hinc *proſpexit curuato corpore*; הִלְבִּין *albus fuit*, proprie *album fecit*, vel *exhibuit*, ſcilicet ſemet, vel ſuum colorem.

6. *Hopbal*, הָפְקַד, vel *Huphal*, הֻפְקַד, paſſiua eſt praecedentis Hiphil; vt הָשְׁכַּב *factus eſt procumbere*, i. e. *proſtratus eſt*, ab הִשְׁכִּיב *fecit procumbere*, *proſtrauit*; pro eo etiam הֻשְׁכַּב ſcriptum reperitur.

7. *Hith-*

7. *Hithpahhel*, הִתְפַּקֵּד, 1. significationi Speciei Pihhel addit vim reciprocam; vt a חָזַק *validum reddidit*, eſt הִתְחַזֵּק *ſemet validum reddidit*, aut *exhibuit*; a נָכַר *peregrinum reddidit*, eſt הִתְנַכֵּר *ſemet peregrinum reddidit*, aut *ſimulauit*. 2. eiusdem Pihhel vel intenſiuae addit frequentatiuam; vt ab הָלַךְ *itauit*, eſt הִתְהַלֵּךְ *frequenter*, aut *continuo*, *itauit*, q. d. *reddidit ſemet ambulatorem*.

Paucis indicanda etiam eſt poteſtas reliquarum Specierum, quarum Paradigma ſuperius propoſui.

8. *Hothpahhal*, הָתְפַּקַּד, vel *Huthpahhal*, paſſiua eſt ab Hithpahhel ducta; vt הִטְמְאָ pro הִתְטַמֵּא, *factus*, vel *coactus eſt*, *ſemet pollutum reddere*, ab הִטְמֵא, pro הִתְטַמֵּא, *ſemet pollutum reddidit*.

9. *Paahel*, פָּאַךְ, cuius vero Aleph omitti ſolet, vt ſit פָּקַד, cum Kamets, quia conſtituit huius ſpeciei characterem, immutabili; vſurpatur de actione relatiua; vt a בָּגַד *fouit perfidiam*, deſcendit בָּגַד, pro בָּאַד, *perfidiam erga alterum exercuit*; vnde eſt deriuatum Nomen בְּגוֹדָה *perfidiam exercens*, *Jer.* 3, 7. 10.

10. *Hithpaahel*, הִתְפָּאַךְ, et pro eo הִתְפַּקֵּד, cum vi praecedentis Paahel coniungit reciprocam. Hoc ipſum הִתְפַּקֵּד *ſemet alteri inſpiciendum exhibuit*, reperitur *Jud.* 20, 15. 17.

11. *Hothpaahal*, הָתְפָּאַךְ, et pro eo הָתְפַּקַּד, paſſiua eſt praecedentis *Hithpaahel*. Hoc ipſum הָתְפַּקַּד *factus*, vel *juſſus eſt*, *ſemet alteri inſpiciendum exhibere*, exſtat *Num.* 1, 47. 1 *Reg.* 20, 27. et alibi.

12. *Pohel*, פּוֹקֵד, vim habet actionis relatiuae, aut

mutuae; vt סוֹבֵב *circumcinxit vnam rem alteri;* שׁוֹפֵט *iudicio disceptauit vnus cum altero.*

13. *Pohal*, פּוֹקָד, passiua est praecedentis Pohel; vt יוֹדַע *factus est vnus alteri notus;* vnde מְיֻדָּע *amicus familiaris.*

14. *Hithpohel*, הִתְפּוֹקֵד, ad Pohel addit vim reciprocam; vt a גּוֹלֵל *prouoluit versus alterum*, est הִתְגּוֹלֵל *semet ipsum versus alterum prouoluit.*

15. *Piihel*, פִּיקֵד, vel *Pehel*, פֵּיקֵד et פֵּקֵד, ex פִּיקֵד et פֵּיקֵד oriunda, significatione affinis est Speciei Pohel. Sic ab אָהַב *amauit*, est אֵהֵב *amorem erga alterum commonstrauit;* ab הָתַל *laxum, pendulumque, habuit* labium, est הֵתֵל *labium pendulum alteri ostendit*, i. e. *subsannauit, decepit.*

16. *Puuhal*, פּוּקַד, suauioris soni causa pro *Puihal* vel *Poihal*, פִּיקַד vel פָּיקַד, passiua est praecedentis, vt ab הֵתֵל est הוּתַל *subsannatus, deceptus, fuit.*

17. *Pih-el*, פִּקְאֵל, vim habuit actionis continuae; vt a שָׂמַל *inuoluit*, duxerunt שִׂמְאֵל *continuo inuoluit*, vnde descendit Nomen שְׂמֹאל, pro שְׂמָאל, *manus sinistra*, quam veteres *veste inuoluere solebant.* Ex hac *Pih-el* noua Species propagata est *Hiph-pehil*, הִפְקְאִיד, cuius euidens exemplum est in הִשְׂמְאִיל *ad latus sinistrum se contulit.*

18. *Pihlel*, פִּקְדֵּד, significationem fere eandem habet cum Pihhel, sed paulo fortiorem: nam 1. intransitiuam notionem, quae est in Kal, vehementius intendit; vt a רָעַן *patula fuit* arbor, est רַעְנֵן, pro רְעַנֵּן, vel רַעְנֵן, *valde patula fuit.* 2. intransitiuam vertit in transi-

transitiuam, item cum maiore intensione; vt a קָוַם *stetit*, est קוֹמֵם, pro קִוֵּם, *valide stabiliuit.*

19. *Publal*, פֻּקְדַד, quae et *Pohlal*, פָּקְדַד, est passiua praecedentis; vt קוֹמֵם, pro קֻוַּם vel קָוַּם, *valide stabilitus fuit.* Huc refero אֻמְלַל *valde languidus factus est*, ab אָמַל *languit.*

20. *Hithpahlel*, הִתְפַּקְדֵד, Speciei Pihlel addit vim reciprocam; vt הִתְקוֹמֵם, pro הִתְקַוֵּם, *semet ipsum valide stabiliuit.* Tale est Verbum הִשְׁתַּחֲוָה, pro הִתְשַׁחֲוָה, *semet ipsum valde fecit subsidere*, i. e. *procumbens adorauit*, a שָׁחָה, vel potius שָׁחַו, *subsidit.*

21. *Pehalhal*, פְּקַקְקַק, significationem intransitiuam in Kal ad summum gradum intendit; vt a סָחַר *vagatus est*, descendit סְחַרְחַר *maximo impetu vagatus est*; a חָלַק *glaber fuit*, venit חַלְקְלַק *supra modum glaber fuit.*

Omitto alias quasdam Species rarissimi vsus; quales sunt e. c. *Schiphel*, שְׁפַקֵּק; vt a לָהַב est שִׁלְהֵב *flagrauit*, a quo deriuatur שַׁלְהֶבֶת *flamma*; item *Tiphel*, תִּפְקֵק; vt a רָגַל est תִּרְגֵּל *pedissequum egit*; porro *Miphel*, מְפַקֵּק; vt a בָּזָה, vel potius בָּזַז, est מִבְזֵה, pro מִבְזֵז, *contemtim habuit*, vnde, praemissa Nun, ducta est noua Species passiua נִמְבָּזָה, *contemtus habitus fuit*, cuius vnicum exemplum reperitur 1 *Sam.* 15, 9. &c. &c.

R. 57. Hae Verbi Species interdum subeunt leues aliquas mutationes.

a. Literae seruiles, radicalibus praemissae cum Chirek, pro hac vocali etiam Segol, rarius Patach, admittunt; vt הֻכְלִים *ignominia affecit*, pro הֻכְלִים; praesertim si prima radicalis fuerit guttura-

lis: vt נֶחְתַּם *obſignatus fuit*, pro נִחְתַּם; הֶעֱבִיר *fecit tranſire*, pro הֶעְבִּיר; נֶהְפַּךְ *verſus fuit*, pro נִהְפַּךְ.

b. Si ſecunda litera radicalis fuerit indageſſabilis, eae Species, quae illam duplicant, vt Pihhel, Puhhal, et Hithpahhel, dageſch omittunt, eiusque compenſationem adhibent vel explicitam, vel implicitam. (*Reg.* 39.) vt מֵאֵן *recuſauit*, pro מִאֵן; כֶּהֱן *ſacerdotio functus eſt*, pro כִּהֵן; מֹעֵךְ *compreſſus fuit*, pro מֹעָךְ vel מָעֲךְ; רֶחֱץ *lotus fuit*, pro רֻחַץ; הִתְבָּרֵךְ *ſibi ipſe benedixit*, pro הִתְבָּרַךְ; הִתְנֶחֱם *ſemet conſolatus eſt*, pro הִתְנַחֵם.

c. Quaecunque Species litera ſeruili He incipiunt, pro ea, ad morem Dialecti Chaldaicae, interdum Aleph ſubſtituunt; vt אֶזְנִיחַ *ſemet ſubduxit*, pro הֶזְנִיחַ, vel הִזְנִיחַ; אֶתְחַבֵּר *conſociavit ſe*, pro הֶתְחַבֵּר, vel הִתְחַבֵּר.

d Quaecunque Species literis ſeruilibus הת incipiunt, plerumque poſteriorem, ſcilicet ת, cum prima radicali, ſi ea ſit ex ſibilantibus, זסצשׁש, transponunt; vt הִשְׁתַּמֵּר *cuſtodiuit ſe*, pro הִתְשַׁמֵּר; praeterea hoc ת poſt ז, in ד, et, poſt צ, in ט, mutant; vt הִזְדַּכֵּר *memorem ſe reddidit*, pro הִזְתַּכֵּר, et hoc pro הִתְזַכֵּר; הִצְטַדֵּק *ſemet iuſtificauit*, pro הִצְתַּדֵּק, et hoc pro הִתְצַדֵּק.

e. Eaedem Species, ſeruili ſyllaba הת incipientes, ſuum ת ſaepe per dageſch forte inſerunt in primam radicalem; vt הִתַּמֵּם *integrum ſe praeſtitit*, pro הִתְתַּמֵּם; הִתַּדָּחָה *ſemet impulit*, pro הִתְתַּדָּחָה; הִטַּמֵּא *ſemet pollutum reddidit*, pro הִתְטַמֵּא; הִנַּבֵּא *prophetam ſe*

*se gessit*, *vaticinatus est*, pro הִתְנַבֵּא; הִכּוֹנֵן *semet confirmauit*, pro הִתְכּוֹנֵן; הֵרוֹמֵם *semet exaltauit*, pro הִרוֹמֵם, et hoc pro הִתְרוֹמֵם; הֵרַדֵּף *semet fecit persequentem*, pro הִרַדֵּף et hoc pro הִתְרַדֵּף.

R. 58. Sequitur modus, Verbi Species inflectendi. Inflexio fit per Tempora,, Modos, Personas, Numeros, et Genera.

a. *Tempora* duo sunt, *Praeteritum*, et *Futurum*. *Praesens* vel per illorum alterutrum exprimitur; vel per Participium, Pronomine personali vel addito, vel omisso.

b. *Modi*, *Indicatiuus* et *Subiunctiuus*, non differunt, sed vtroque illo Tempore, vna forma, comprehenduntur; neque discrimen aliunde, quam ex sermonis constructione, intelligi potest.

*Imperatiuus* a duobus illis Temporibus diuersus est; verum non vsurpatur, nisi in praecepto positiuo, hortatione, et precatione; nam in praecepto negatiuo, siue interdicto, dehortatione, et deprecatione, eius in locum semper substituitur Futurum.

Ad Modos referunt quoque *Infinitiuum*, et *Participium*, quae tamen proprie sunt Nomina.

*Infinitiuus* est Nomen Substantiuum, eam actionem, vel passionem, vel notionem intransitiuam, quam verbum finitum ad tempus, numerum, personam, et genus, restringit, in abstracto, et sine vlla restrictione ad aliquod subiectum, exprimens; vt cum פָּקַד sit *inspexit ille*, Infinitiuus פָּקֹד, vel פְּקֹד, est τὸ *inspicere*, vel *inspectio*, hoc est, *actio*

*inſpiciendi*, in abſtracto ſpectata. Quare ille varias formas, Nominibus conuenientes, non tantum maſculinas, ſed et femininas, imo etiam talem conſtructionem, qualis eſt Nominis aliud Nomen regentis, admittit. Idem, cum quibusdam *Particulis*, quae dicuntur, *praefixis*, בכלם, *in*, *ſicut*, *ad*, *ex*, compoſitus, noſtra fere *Gerundia* exprimit; vt בְּפָקְדוֹ *in inſpicere*, i. e. *inſpiciendo*; לְפָקְדוֹ *ad inſpicere*, i. e. *ad inſpiciendum*.

*Participium* eſt Nomen Adiectiuum, ſignificans *agentem* vel *patientem*, ſiue rem, ſiue perſonam. Quare, ſecundum leges Nominum, diuerſum genus, numerum, et conſtructionem cum alio Nomine, recipit.

c. *Perſonae*, in Praeterito et Futuro, tres ſunt, *prima*, *ſecunda*, *tertia*. Tertia, quia, in Praeterito, formam habet ſimpliciorem reliquis, in Paradigmate primo loco ponitur. In Imperatiuo vna eſt, ſcilicet *ſecunda*; vbi *tertia* opus foret, pro Imperatiuo Futurum vſurpatur.

d. *Numeri* in Perſonis Praeteriti, Futuri, et Imperatiui, duo ſunt, *Singularis*, et *Pluralis*. *Dualis* exempla non occurrunt.

e. *Genus* denique in Perſonis duplex eſt, *maſculinum*, et *femininum*. Prima tamen Perſona vtriusque Numeri, tam in Praeterito, quam in Futuro, nec non tertia Pluralis in Praeterito, generis diſcrimen non exprimunt, adeoque ſunt generis communis.

R 59. Inflexioni omnium Verbi Specierum per ſua Tempora, Modos, Perſonas, Numeros, et

et Genera, inseruiunt literae seruiles, et characteristicae, quae vel ab initio, vel a fine, accedunt. Illae *Praeformantes*, hae *Adformantes*, dicuntur.

R. 60. *Praeformantes* ad duas classes referri possunt.

a. Prior complectitur eas, quae Futuro per suas Personas, Numeros, et Genera, inflectendo inseruiunt. Sunt literae אתנ, vulgo *Ethan* dictae.

א indicat primam Personam singularem, communis generis.

י significat tertiam masculinam, tam singularem, quam pluralem: in tertia plurali feminina interdum, sed rarius, occurrit.

Nempe pro תִּפְקֹדְנָה *inspicient illae*, dici etiam potuit יִפְקֹדְנָה, vt Arabes constanter efferunt. Sic יַעַמְדְנָה *stabunt illae*, *Dan.* 8, 22. Alia exempla reperiuntur *Gen.* 30, 38. et 1 *Sam.* 6, 12.

ת designat tertiam Personam femininam, vtriusque Numeri; nec non secundam vtriusque Numeri et Generis.

נ denique notat primam pluralem, communis Generis.

Hae Praeformantes Futuro per scheva, idque sub א compositum cum Patach vel Segol, praemittuntur; vt יִפְקֹד, אֶפְקֹד, rarius אֶפְקֹד. Vbi autem prima Verbi litera scheva habet, illae, (*Reg.* 50. a.) pro suo Schevate Chirek accipiunt, א plerumque Segol; vt יִפְקֹד *inspiciet*; אֶפְקֹד *inspiciam*. Sed ante literas gutturales pro Chirek amant Pa-

tach vel Segol, (*Reg.* 42. a.) vt תַּעְמֹךְ, vel תֶּעֱמֹךְ, pro תִּעְמֹךְ; יֶחְשֹׂף, vel יֶחֱשֹׂף, pro יִחְשֹׂף.

Quaecunque Species litera ſervili ה incipiunt, in Futuro admittunt contractionem, qua Praeformantes, excluſa ה, eius vocalem accipiunt; vt יַפְקִיד, pro יְהַפְקִיד, תִּתְפַּקֵּד pro תְּהִתְפַּקֵּד.

Interdum litera ה non excluditur, ſed manet: exempla inueniuntur *Pſ.* 28, 7. 45, 18. *Jeſ.* 52, 5. et alibi.

b. Poſterior Præformantium claſſis *Modos* quosdam, vt vulgo vocant, conſtituit. Sunt literae ה et מ.

ה plerumque praemittitur in Infinitiuo et Imperatiuo Niphal. Eius ratio inferius, *Reg.* 64, b. indicabitur.

מ praeponitur in Participiis omnium Specierum, praeter Kal, et Niphal. Habet ſcheva; vt מְפַקֵּד. Literam ה ſeruilem, quando Speciem incipit, excludit, plane vt Praeformantes Futuri; vt מַפְקִיד pro מְהַפְקִיד; מִתְפַּקֵּד pro מְהִתְפַּקֵּד.

R. 61. *Adformantes* duorum ſunt generum, *Syllabicae*, et *Aſyllabae*.

*Syllabicae* dicuntur, quae ad ſyllabam Verbi per ſcheva quieſcens clauſam accedunt.

Earum ſex propriae ſunt Praeterito; vnam habent Futurum et Imperatiuus.

In Praeterito,

תָּ, vel תָּה, indicat ſecundam Perſonam ſingularem maſculinam.

תְּ, vel תִּי, eandem femininam.

תֶּם ſecundam pluralem maſculinam.

תֶּן eandem femininam.

תִּי, vel תְּ, primam ſingularem communis generis.

נוּ eandem pluralem.

Futuri et Imperativi eſt

נָה, vel נָ, indicans ſecundam, et in Futuro quoque tertiam, Perſonam pluralem femininam.

Adduntur Verbo ita, vt Accentus maneat in ſuo loco; exceptis duabus תֶּם et תֶּן, quae eum ad ſuam ſyllabam deducunt; vt a פָּקַדְתָּ fit פְּקַדְתֶּם, פְּקַדְתֶּן. Quare, ſi Verbum deſinat in vocalem longam, ea ante תֶּם et תֶּן corripienda eſt in breuem oppoſitam, (*Reg.* 36.) vt a יָלַד *genuit*, eſt יְלַדְתֶּם, vel יְלַדְתֶּם, *genuiſtis*.

Reliquae Praeteriti Adformantes, non ex aliqua neceſſitate, ſed ex ſola euphonia, praecedentem Tſeri in Patach mutare ſolent, (*Reg.* 41. e.) vt פְּקַדְתָּ pro פְּקַדְתָּ.

α. In Adformante תִּי, cum Jod otiante, manſit veſtigium veteris pronunciationis, qua dicebant תִּי, vel תְּ; vt דִּבַּרְתִּי *loquuta es*, *Jer.* 3, 5. pro דִּבַּרְתִּי. Hoc תִּי, vel תְּ, manſit integrum, vbi addendum fuit Pronomen affixum; vt נְתַתִּיהוּ *dediſti illum*, *Ezech.* 16, 19. רְמִיתֻנִי *fefelliſti me*, 1 *Sam.* 19, 17. Vt omnes Adformantes ſyllabicae originem ex Pronominibus perſonalibus duxerunt, ſic illa ex אַתְּ *tu*, fem. pro quo ſimillima ratione, in pluribus locis, ſcribitur אַתִּי, quia olim pronunciabant אַתִּי, quod contractum fuit ex אַתְּ הִיא *tu illa*.

β. Adfor-

β. Adformantis נָה, vel ן, vocalis interdum abſorbetur; vt pro שִׁמְעָנָה *audite*, fem. dixerunt quoque שִׁמְעָן; vnde, (*Reg* 46. d.) ortum eſt שִׁמְעֵן, *Gen.* 4, 23.

γ. E contrario pro hac Adformante נָה interdum plenius ינָה, ſcribitur, vt eius origo ex הֵנָּה *illae*, clarius exprimatur; vt pro תִּגְבַּהְנָה eſt תִּגְבַּהְינָה *elatae erunt*, *Ezech.* 16, 50.

δ. Quandoquidem Adformantes Praeteriti ſyllabicae proprie nihil aliud ſunt, quam Pronomina decurtata, mirum non eſt, eas interdum etiam cum Futuro, Imperatiuo, et Participio, coniungi. Sic וַתָּבֹאתִי *et veniebas tu illa*, 1 *Sam.* 25, 34. ex וַתָּבֹא, et תִּי, compoſitum eſt; item יֹשַׁבְתִּי *ſedens tu*, et מְקֻנַּנְתִּי *nidulata tu*, *Jer.* 22, 23. &c.

R. 62. *Adformantes aſyllabae* ſunt, quarum vocalis cum vltima Verbi litera vnam in ſyllabam coniungitur. Sunt hae tres:

ה, indicans tertiam Perſonam Praeteriti ſingularem femininam.

Pro ea interdum א ſcribitur; vt גָּבְהָא *alta fuit*, *Ezech.* 31, 5. Nonnunquam alia terminatio feminina, ת, et, in forma contracta, ת, adhibetur; vt אָזְלַת *abiit*; קָרָאת *vocauit*, pro קָרְאַת; עָשָׂת *fecit*, pro עָשְׂתַת.

ו, indicans in Praeterito tertiam pluralem communis generis; in Futuro tertiam, et, vti etiam in Imperatiuo, ſecundam pluralem maſculinam.

Interdum ea, vti in Praeterito, ita et in Futuro atque Imperatiuo, generis eſt communis, et femininum quoque

quoque complectitur; vt תִּקְרַבְנָה *appropinquabunt*, fem. *Ezech.* 37, 7. תִּרְדֶּנָּה *trepidate*, fem. *Jes.* 32, 11. pro quibus alias תִּקְרַבְנָה, et תִּרְדֶּנָה.

ִי., designans secundam singularem femininam Futuri et Imperatiui.

Asyllabae Adformantes Accentum ad suam vocalem deducere solent; quare praecedentes vocales, Patach, Tseri, et Cholem, tolluntur, substituto schevate; vt פָּקְדָה a פָּקַד; פִּקְדוּ a פִּקֵּד; תִּפְקְדִי a תִּפְקֹד.

In Hiphil tamen plerumque Accentus in loco suo manet, vt et vocalis, cui adhaeret; vt הַפְקִידָה, תַּפְקִידוּ, הַפְקִידִי. Rarius ille ad finem descendit, vocali vel manente, vel sublata; vt תְּוַסִּיפִי *perges*, pro תּוֹסִיפִי, *Jes.* 47, 1. 5. יַדְבְּקוּ *assequentur*, pro יַדְבִּיקוּ, vel יִדְבְּקוּ, 1 *Sam.* 14, 22.

R. 63. Quandoquidem diuersae vnius Verbi Species per Praeterita, Futura, et Imperatiuos, ope earundem Praeformantium et Adformantium, inflectuntur, apparet, eatenus omnes Species vnius esse Coniugationis.

R. 64. a. Forma Verbi maxime simplex et primigenia est in *Infinitiuo* masculino Speciei *Kal*, habente ad primam literam radicalem vel Kamets, vel scheva; ad secundam Patach, Tseri, aut Cholem; vt שָׁכַב et שְׁכַב *cubare*; גָּדֵל et גְּדֵל *crescere*; פָּקֹד et פְּקֹד *inspicere*.

Vbi ad primam radicalem Kamets est, vocatur Infinitiuus *absolutus*; vbi scheua, *constructus*. Nam prior forma *absolute* vsurpatur, sed posterior in

in *constructione* cum alio Nomine, nobis per Genitiuum exprimendo; vt פָּקֹד *inspicere;* et פְּקֹד הַמֶּלֶךְ *inspicere Regis*, i. e. actio, qua Rex inspicit. Eadem haec forma adhibetur in compositione cum Particulis praefixis; vt לִפְקֹד *ad inspicere*, i. e. *ad inspiciendum.*

Femininae formae sunt complures, vel in ה, vel in ת, desinentes; vt פִּקְדָה, פַּקְדָה, פֶּקְדָה, פָּקְדָה, פֻּקְדָה, פְּקֻדָה, פְּקֵדָה, פְּקֹדָה; item, פְּקֶדֶת, פְּקֵדֶת, פְּקֹדֶת. Sic יִרְאָה אֹתִי *timere me*, s. *actio timendi me*, *Deut.* 4, 10. אַהֲבָה אֶת־יְהוָה *amare*, s. *actio amandi*, *Jehouam*, *Deut* 11, 22. דָּבְקָה־בוֹ *inhaerere*, s. *actio inhaerendi*, *in eo;* ibid. &c.

b. In *Niphal* gemina est forma Infinitiui, altera נִפְקַד, vel נִפְקֵד, vel נִפְקֹד; altera הֻפָּקַד, vel הִפָּקֵד, vel הִפָּקֹד. Prior ex Infinitiuo Kal פְּקַד, פְּקֵד, vel פְּקֹד, formata est, ubi praeposita litera seruilis et characteristica Nun, pro schevate accepit Chirek, *R.* 50. a. Posterior, ex altera Infinitiui Kal forma פָּקַד, vel פָּקֵד, vel פָּקֹד ducta, primo fuit נְפָקַד, vel נְפָקֵד, vel נְפָקֹד. Sed, quod ita sonus literae Nun characteristicae non satis clarus et fortis esset, litera ה, de qua dictum est *R* 0. b habens Chirek aut Segol, praemissa est, non vtique characteristica huius Infinitiui, sed solummodo assumta in subsidium literae Nun fortius pronunciandae Ita dictum est הִנְפָּקַד, vel הִנְפָּקֵד, vel הִנְפָּקֹד; vnde tandem ortum est הִפָּקַד, vel הִפָּקֵד, vel הִפָּקֹד,

litera

litera molliore Nun per dageſch inſerta. Vbi ſi prima radicalis ſit gutturalis, omiſſo dageſch, compenſatio vel explicita, vel implicita, locum habet, (*R.* 39.) vt הַחֲלֵץ *extrahi*, pro הַחֲלֵץ, ex הִנָּחֲלֵץ; הֲהָרֵג *interfici*, pro הֲהָרֵג, ex הִנָּהָרֵג. Ceterum loco illius ה etiam א praemitti potuiſſe, (vt ſemper fit in Dialecto Arabica) docet exemplum אִדָּרֵשׁ *requiri*, pro אִנָּדָרֵשׁ, *Ezech.* 14, 3.

c. In reliquis quoque omnibus Speciebus nulla forma prior et antiquior eſt Infinitiuo maſculino; quippe qui non alias habet literas ſeruiles, quam quae ad conſtituendum cuiusque Speciei characterem requiruntur.

R. 65. *Praeteritum* cuiusque Speciei, in tertia Perſona ſingulari maſculina, ſi rem recte reputemus, ab Infinitiuo non eſt diuerſum. Ea enim Praeteriti origo fuit, vt Infinitiuum, abſolute poſitum, pro illa Praeteriti Perſona vſurparent, e. c. פָּקֹךְ *inſpicere*, nulla addita Adformante, dicentes pro *inſpexit;* vnde dein ductae ſunt reliquae Perſonae, per Adformantes definitae.

Quibusdam in Speciebus ſolus loquendi vſus leue aliquod diſcrimen conſtituit. Vbi enim duae, aut plures, erant Infinitiui formae, alia potiſſimum vſurpata fuit pro Infinitiuo, alia pro Praeterito.

Sic in Kal formae Infinitiui פָּקֹךְ et פָּקֵךְ perraro occurrunt, ſed in Praeterito fere ſemper adhibentur. E contrario forma פָּקוֹךְ, quae in Praeterito rarioris vſus eſt, in Infinito eſt frequentiſſima.

Simi-

| IMPERATIVVS. | Singularis. | הַקְטִילִי | הַקְטֵל | הַקְטִילוּ | הַקְטֵלְנָה |
| | | הַ־גִּישִׁי | הַ־גֵּשׁ | הַ־גִּישׁוּ | הַ־גֵּשְׁנָה |
| | | הוֹשִׁיבִי | הוֹשֵׁב | הוֹשִׁיבוּ | הוֹשֵׁבְנָה |
| | | הַאֲכִילִי | הַאֲכֵל | הַאֲכִילוּ | הַאֲכֵלְנָה |
| | | הָסֵבִּי | הָסֵב | הָסֵבּוּ | הָסֵבֶּינָה |
| | | הָקִימִי | הָקֵם | הָקִימוּ | הָקֵמְנָה |
| | | הַגְלִי | הַגֶל | הַגְלוּ | הַגְלֶינָה |
| | | הַמְצִיאִי | הַמְצֵא | הַמְצִיאוּ | הַמְצֵאנָה |

Pluralis.

| 1. c. | 2. f. | 2. m. | 3. c. |
|---|---|---|---|
| הֻקְטַלְנוּ | הֻקְטַלְתֶּן | הֻקְטַלְתֶּם | הֻקְטְלוּ |
| ה--גַּשְׁנוּ | ה--גַּשְׁתֶּן | ה--גַּשְׁתֶּם | ה--גְּשׁוּ |
| הוּשַׁבְנוּ | הוּשַׁבְתֶּן | הוּשַׁבְתֶּם | הוּשְׁבוּ |
| הֻאָכַלְנוּ | הֻאָכַלְתֶּן | הֻאָכַלְתֶּם | הֻאָכְלוּ |
| הוּס--בּוֹנוּ | הוּס--בּוֹתֶן | הוּס--בּוֹתֶם | הוּס--בּוּ |
| הוּק--מְנוּ | הוּק--מְתֶּן | הוּק--מְתֶּם | הוּק--מוּ |
| הֻגְלִינוּ | הֻגְלִיתֶן | הֻגְלִיתֶם | הֻגְל--וּ |
| הֻמְצָאנוּ | הֻמְצָאתֶן | הֻמְצָאתֶם | הֻמְצְאוּ |

| 1. c. | 2. f. | 2. m. | 3. f. | 3. m. |
|---|---|---|---|---|
| נְקֻטַל | תְּקֻטַלְנָה | תְּקֻטְלוּ | תְּקֻטַלְנָה | יְקֻטְלוּ |
| נ--גַּשׁ | ת--גַּשְׁנָה | ת--גְּשׁוּ | ת--גַּשְׁנָה | י--גְּשׁוּ |
| נוּשַׁב | תּוּשַׁבְנָה | תּוּשְׁבוּ | תּוּשַׁבְנָה | יוּשְׁבוּ |
| נֶאֱכַל | תֶּאֱכַלְנָה | תֶּאֱכְלוּ | תֶּאֱכַלְנָה | יֵאָכְלוּ |
| נוּס--ב | תּוּס-בֶּינָה | תּוּס בּוּ | תּוּס בֶּינָה | יוּס בּוּ |
| נוּק--ם | תּוּק--מְנָה | תּוּק--מוּ | תּוּק--מְנָה | יוּק--מוּ |
| נְגְלָה | תְּגְלֶינָה | תְּגְל--וּ | תְּגְלֶינָה | יְגְל--וּ |
| נִמְצָא | תִּמְצֶאנָה | תִּמְצְאוּ | תִּמְצֶאנָה | יִמְצְאוּ |

INFINITIVUS.

חֻקְטַל
ח--גַּשׁ
הוּשַׁב
הֻאָכַל
הוּס--ב
הוּק--ם
הֻגְלוֹת
הֻמְצָא

PARTICIPIVM.

מֻקְטָל
מ--גָּשׁ
מוּשָׁב
מֻאָכָל
מוּס--ב
מוּק--ם
מֻגְלָה
מֻמְצָא

## HÜPHAL.

Singularis.

PRAETERITVM.

| 1. comm. | 2. f. | 2. m. | 3. f. | 3. m. |
|---|---|---|---|---|
| הָקְטַלְתִּי | הָקְטַלְתְּ | הָקְטַלְתָּ | הָקְטְלָה | הָקְטַל |
| הָ-נַּשְׂתִּי | הָ-נַּשְׂתְּ | הָ-נַּשְׂתָּ | הָ-נַּשָׂה | הָ-נַּשׂ |
| הוּשַׁבְתִּי | הוּשַׁבְתְּ | הוּשַׁבְתָּ | הוּשְׁבָה | הוּשַׁב |
| הָאָכַלְתִּי | הָאָכַלְתְּ | הָאָכַלְתָּ | הָאָכְלָה | הָאָכַל |
| הוּסַ-בֹּתִי | הוּסַ-בּוֹת | הוּסַ-בּוֹתָ | הוּסַ-בָּה | הוּסַ-ב |
| הוּקַ-מְתִּי | הוּקַ-מְתְּ | הוּקַ-מְתָּ | הוּ-קְמָה | הוּקַ-ם |
| הָגְלֵיתִי | הָגְלֵית | הָגְלֵיתָ | הָגְלְתָה | הָגְלָה |
| הָמְצֵאתִי | הָמְצֵאת | הָמְצֵאתָ | הָמְצְאָה | הָמְצָא |

FVTVRVM.

| 1. comm. | 2. f. | 2. m. | 3. f. | 3. m. |
|---|---|---|---|---|
| אֶקָּטֵל | תִּקָּטְלִי | תִּקָּטֵל | תִּקָּטֵל | יִקָּטֵל |
| אִ-נַּשׂ | תִּ-נַּשִׂי | תִּ-נַּשׂ | תִּ-נַּשׂ | יִ-נַּשׂ |
| אוּשַׁב | תּוּשְׁבִי | תּוּשַׁב | תּוּשַׁב | יוּשַׁב |
| אֵאָכֵל | תֵּאָכְלִי | תֵּאָכֵל | תֵּאָכֵל | יֵאָכֵל |
| אוּסַ-ב | תּוּסַ-בִּי | תּוּסַ-ב | תּוּסַ-ב | יוּסַ-ב |
| אוּקַ-ם | תּוּקַ-מִי | תּוּקַ-ם | תּוּקַ-ם | יוּקַ-ם |
| אָגְלֶה | תִּגְלִי | תִּגְלֶה | תִּגְלֶה | יִגְלֶה |
| אִמָּצֵא | תִּמָּצְאִי | תִּמָּצֵא | תִּמָּצֵא | יִמָּצֵא |

## IMPERATIVO

caret.



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn863031765/phys_0157
DFG

Pluralis.

| 1. comm. | 2. f. | 2. m. | 3. c. |
|---|---|---|---|
| הִתְקַטַּלְנוּ | הִתְקַטַּלְתֶּן | הִתְקַטַּלְתֶּם | הִתְקַטְּלוּ |
| ——— | ——— | ——— | ——— |
| ——— | ——— | ——— | ——— |
| ——— | ——— | ——— | ——— |
| הִסְתּוֹבַבְנוּ | הִסְתּוֹבַבְתֶּן | הִסְתּוֹבַבְתֶּם | הִסְתּוֹבְבוּ |
| הִתְקוֹמַמְנוּ | הִתְקוֹמַמְתֶּן | הִתְקוֹמַמְתֶּם | הִתְקוֹמְמוּ |
| הִתְגַּלִּינוּ | הִתְגַּלִּיתֶן | הִתְגַּלִּיתֶם | הִתְגַּל־וּ |
| הִתְמַצֵּאנוּ | הִתְמַצֵּאתֶן | הִתְמַצֵּאתֶם | הִתְמַצְּאוּ |

| 1. c. | 2. f. | 2. m. | 3. f. | 3. m. |
|---|---|---|---|---|
| נִתְקַטֵּל | תִּתְקַטֵּלְנָה | תִּתְקַטְּלוּ | תִּתְקַטֵּלְנָה | יִתְקַטְּלוּ |
| ——— | ——— | ——— | ——— | ——— |
| ——— | ——— | ——— | ——— | ——— |
| ——— | ——— | ——— | ——— | ——— |
| נִסְתּוֹבֵב | תִּסְתּוֹבֵבְנָה | תִּסְתּוֹבְבוּ | תִּסְתּוֹבֵבְנָה | יִסְתּוֹבְבוּ |
| נִתְקוֹמֵם | תִּתְקוֹמֵמְנָה | תִּתְקוֹמְמוּ | תִּתְקוֹמֵמְנָה | יִתְקוֹמְמוּ |
| נִתְגַּלֶּה | תִּתְגַּלֶּינָה | תִּתְגַּל־וּ | תִּתְגַּלֶּינָה | יִתְגַּל־וּ |
| נִתְמַצֵּא | תִּתְמַצֵּאנָה | תִּתְמַצְּאוּ | תִּתְמַצֵּאנָה | יִתְמַצְּאוּ |

INFINITIVUS.

הִתְקַטֵּל
הִתְנַגֵּשׁ
הִתְיַשֵּׁב
הִתְאַכֵּל
הִסְתּוֹבֵב
הִתְקוֹמֵם
הִתְגַּלּוֹת
הִתְמַצֵּא

PARTICIPIVM.

מִתְקַטֵּל
מִתְנַגֵּשׁ
מִתְיַשֵּׁב
מִתְאַכֵּל
מִסְתּוֹבֵב
מִתְקוֹמֵם
מִתְגַּלֶּה
מִתְמַצֵּא

## HITHPAEL.

### Singularis.

| | 3. m. | 3. f. | 2. m. | 2. f. | 1. c. |
|---|---|---|---|---|---|
| PRAETERITVM. | הִתְקַטֵּל | הִתְקַטְּלָה | הִתְקַטַּלְתָּ | הִתְקַטַּלְתְּ | הִתְקַטַּלְתִּי |
| | הִתְנַגֵּשׁ | ——— | ——— | ——— | ——— |
| | הִתְיַשֵּׁב | ——— | ——— | ——— | ——— |
| | הִתְאַכֵּל | ——— | ——— | ——— | ——— |
| | הִסְתּוֹבֵב | הִסְתּוֹבְבָה | הִסְתּוֹבַבְתָּ | הִסְתּוֹבַבְתְּ | הִסְתּוֹבַבְתִּי |
| | הִתְקוֹמֵם | הִתְקוֹמְמָה | הִתְקוֹמַמְתָּ | הִתְקוֹמַמְתְּ | הִתְקוֹמַמְתִּי |
| | הִתְגַּלָּה | הִתְגַּלְּתָה | הִתְגַּלִּיתָ | הִתְגַּלִּית | הִתְגַּלִּיתִי |
| | הִתְמַצֵּא | הִתְמַצְּאָה | הִתְמַצֵּאתָ | הִתְמַצֵּאת | הִתְמַצֵּאתִי |

| | 3. m. | 3. f. | 2. m. | 2. f. | 1. c. |
|---|---|---|---|---|---|
| FVTVRVM. | יִתְקַטֵּל | תִּתְקַטֵּל | תִּתְקַטֵּל | תִּתְקַטְּלִי | אֶתְקַטֵּל |
| | יִתְנַגֵּשׁ | ——— | ——— | ——— | ——— |
| | יִתְיַשֵּׁב | ——— | ——— | ——— | ——— |
| | יִתְאַכֵּל | ——— | ——— | ——— | ——— |
| | יִסְתּוֹבֵב | תִּסְתּוֹבֵב | תִּסְתּוֹבֵב | תִּסְתּוֹבְבִי | אֶסְתּוֹבֵב |
| | יִתְקוֹמֵם | תִּתְקוֹמֵם | תִּתְקוֹמֵם | תִּתְקוֹמְמִי | אֶתְקוֹמֵם |
| | יִתְגַּלֶּה | תִּתְגַּלֶּה | תִּתְגַּלֶּה | תִּתְגַּלִּי | אֶתְגַּלֶּה |
| | יִתְמַצֵּא | תִּתְמַצֵּא | תִּתְמַצֵּא | תִּתְמַצְּאִי | אֶתְמַצֵּא |

| | | 2. m. | 2. f. | 2. m. | 2. f. |
|---|---|---|---|---|---|
| IMPERATIVVS. | Singularis. | הִתְקַטֵּל | הִתְקַטְּלִי | הִתְקַטְּלוּ | הִתְקַטֵּלְנָה |
| | | הִתְנַגֵּשׁ | הִתְנַגְּשִׁי | הִתְנַגְּשׁוּ | הִתְנַגֵּשְׁנָה |
| | | הִתְיַשֵּׁב | הִתְיַשְּׁבִי | הִתְיַשְּׁבוּ | הִתְיַשֵּׁבְנָה |
| | | הִתְאַכֵּל | הִתְאַכְּלִי | הִתְאַכְּלוּ | הִתְאַכֵּלְנָה |
| | | הִסְתּוֹבֵב | הִסְתּוֹבְבִי | הִסְתּוֹבְבוּ | הִסְתּוֹבֵבְנָה |
| | | הִתְקוֹמֵם | הִתְקוֹמְמִי | הִתְקוֹמְמוּ | הִתְקוֹמֵמְנָה |
| | | הִתְגַּלֵּה | הִתְגַּלִּי | הִתְגַּלּוּ | הִתְגַּלֵּינָה |
| | | הִתְמַצֵּא | הִתְמַצְּאִי | הִתְמַצְּאוּ | הִתְמַצֵּאנָה |
| | Plurales. | | | | |

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn863031765/phys_0159
DFG

## Nachricht.

Der Buchbinder wolle diese zween halbe Bogen nach pag. 108. anbinden.

dum בֵּן in בֶּן; sic est חָיְתָה *vixit illa*, *Exod.* 1, 16. vti ab illo בֶּן in fem. fit בַּת.

## *SECTIO VII.* DE NOMINE.

R. 86. In *Nomine* considerandae sunt *Deriuatio; Forma; Qualitas; Genus; Motio; Numerus; Casus; Comparatio; Regimen; Mutatio* denique *literarum* et *vocalium*, quae illis accidere potest.

R. 87. *Deriuatio* omnium Nominum fit a Radice, quae in Verbo continetur. Non tamen omnia proxime et immediate inde descendunt, sed plurima vel a Speciebus Verbi deriuatis, vel etiam ab aliis Nominibus, deducuntur.

Quare deriuatio Nominum aut *primaria* est, qua ad suam Radicem referuntur; aut *secundaria*, qua reducuntur vel ad Speciem Verbi deriuatam, vel ad aliud Nomen, vnde proxime descenderunt.

E. c. זֵכֶר *recordatio*, et זִכָּרוֹן *monumentum*, *faciens recordari*, primaria deriuatione pertinent ad communem Radicem זָכַר *recordatus est*; posterius tamen inde non proxime descendit, sed a Specie eius Verbi Pihhel, זִכֵּר *fecit recordari*, ad quam igitur, secundaria deriuatione, referri debet. Item מֶלֶךְ *rex*, et מַלְכָּה *regina*, etsi ambo veniunt a מָלַךְ *regnauit*, posterius tamen non immediate ab hac Radice, sed a Nomine illo priore, deducendum est.

R. 88. *Forma* Nominum est constitutio literarum et vocalium, quas habent; et *eiusdem formae* Nomina sunt, quibus eadem est literarum et vocalium constitutio.

Diui-

Diuiduntur formae *a*), in *nudas*, et *auctas*; *b*), in *perfectas* et *imperfectas*.

R. 89. *Formae nudae* dicuntur, quae solis constant literis radicalibus. Eae omnes a specie Verborum primitiua, Kal, deriuantur.

Vt discant tirones, Nominum formas alias ab aliis discernere, et ad suam originem referre, praecipuarum breuem catalogum, secundum Verborum Species, vnde deriuantur, dispositum, exhibere constitui.

Plurimae a Specie Kal descendunt, tam nudae, quam auctae. Exempla nudarum, cum suis femininis, quae inde proxime descendunt, haec sunt:

a. פָּקֹד, et פָּקֵד, fem. פְּקֻדָּה, פְּקֻדֹת; vt חָכָם *sapiens*; דָּבָר *sermo*; רַב, pro רָבָב, *multus*; עָם, pro עַמָּם, *populus*; קְרַב *praelium*; צְדָקָה *iustitia*; עֲטָרָה et עֲטֶרֶת *corona*.

b. פָּקֹד, vel, פָּקִיד, et פָּקֵד, vel פָּקִיד, fem. פְּקֻדָּה, פְּקִידָה, פְּקֻדֹת; vt שָׁכֵן *vicinus*; שְׁכֵנָה et שְׁכֶנֶת *vicina*; שָׁלֵו *tranquillus*; כְּרֵשׁ *venter*; זְעִיר *paruus*; שְׂרֵפָה *combustio*; פְּלֵיטָה *effugium*; רְמִיָּה, pro רַמָּיָה, *fraus*; סָם, pro סֹם, *tinca*; אֱמֶת, pro אֱמֶנֶת, *veritas*; רֶשֶׁת, pro יְרֶשֶׁת, *rete*; חֲזֵה (cum Segol ob He quiescens) *pectus*; אָב, pro אָבֶה, *pater*; מְנָת, pro מְנָאת, quod pro מְנָאת, *portio*; שְׁבוּת, pro שְׁבוּת, et שְׁבִית, pro שְׁבִית, captiuitas.

c. פָּקִיד, et פָּקִיר, fem. פְּקִידָה, vt עָשִׁיר *diues*; רָקִיק *laganum*; כְּסִיל *stultus*; בְּרִיחַ *vectis*; סְפִינָה *nauis*.

d. פָּקוֹר, et פָּקוּד, fem. פְּקוּדָה, פְּקֻדֹת; vt גָּדוֹל *magnus*; זְרוֹעַ *brachium*; אֲפוּד, pro אֲפוּד, *amiculum*;

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn863031765/phys_0162
DFG

*lum*; זְמוֹרָה *palmes*; קְטֹרֶת *suffitus*; אָחוֹת, pro אֲחוֹת, *soror*.

e. פָּקוּד, et פְּקוּד, fem. פְּקוּדָה; vt יָלוּד *natus*; גְּבוּל *terminus*; נְדוּד *iactatio*; מְרוּק *politura*; אֵסוּר, pro אֱסוּר, *vinculum*; בְּתוּלָה *virgo*.

f. פֵּקָד; vt לֵבָב *cor*; עֵנָב *vua*.

g. פּוֹקֵד, fem. פּוֹקֶדֶת, פּוֹקְדָה; vt כֹּהֵן *sacerdos*; רֹאֶה *propheta*; עוֹלָה, pro עוֹלְיָה, *holocaustum*; יוֹנֶקֶת *surculus*.

R. 90. Inter formas nudas peculiaris cura debetur iis, quae dicuntur *Segolatae*. Nam nisi recte intelligantur, multum difficultatis habent. Eae, origine sua, fuerunt monosyllabae, ad primam radicalem admittentes Patach, Tseri, Segol, Chirek, et Cholem. Sic exstiterunt formae פֶּקֶד, פֵּקֶד, פֶּקֶד, פִּקֶד, et פֹּקֶד. Non paucis in Nominibus, cum perfectis, tum maxime imperfectis, eae manserunt monosyllabae. Conf *R.* 45. In plurimis tamen, ad euitandum concursum duarum consonantium vnam vocalem sequentium, ad secundam radicalem assumserunt novam vocalem, plerumque *Segol*, (vnde *Segolatis* nomen est) interdum Patach, aut Chirek; (*R.* 46.) Denique in quibusdam facta est, ob eandem illam rationem, vocalis traiectio a prima radicali ad secundam, iuxta leges (*R.* 47.) indicatas.

Formas illas originales et mutationes, quas subierunt, nec non femininas, immediate inde deriuatas, vno in conspectu proponam.

a. פֶּקֶד,

a. פַּקְדְּ, et, pro eo, פֶּקֶד, et פְּקַד, fem. פַּקְדָּה; vt גַּיְא *vallis*; גַּן, pro גַּנְן, גַּנָּה, *hortus*; אַף, pro אַנְף, *nasus*; בַּר, pro בַּרְרְ, בָּרָה, pro בַּרָּה, *puritas*, *purus*; מוֹת, pro מַוְתְ, *mors*; עוֹלָה, pro עַוְלָה, *iniquitas*; עַד, pro עַדְוְ et עַדְיְ, *aeternitas*; שָׁוְא, pro שָׁוְא, *vanitas*; מֶלֶךְ *rex*; מַלְכָּה *regina*; נַעַל *calceus*; זֶרַע *semen*; תָּוֶךְ *medium*; צַיִד, צֵידָה, vel צֵדָה, pro צַיְדָה, *venatio*; אָחוּ, pro אָחֶו, ex אַחְוְ, (ad euphoniam ante Chet Kamets assumto) *iuncus*; sic שָׂחוּ, ex שַׂחְוְ, *natatio*; זְרַע *semen*; אֲרִי *leo*.

b. פֵּקְדְּ, et, pro eo, פֵּקֶד, et פְּקֵד, fem. פֶּקְדָּה, פִּקְדָּה; vt נֵרְדְּ *nardus*; חֵטְא, חֶטְאָה, *peccatum*; גֵּז, pro גֵּזְזְ, גִּזָּה, *vellus*; גֵּרָה, pro גִּרָּה, *rumen*; עֵז, pro עֵנְזְ, *capra*; חֵיק, vel חֵק, *sinus*; שֵׂיבָה, vel שֵׂבָה, pro שֵׂיְבָה, *canities*; שֵׁם, pro שֵׁמְוְ et שֵׁמְיְ, *nomen*; גֵּא, pro גֵּאְיְ, גֵּאָה, pro גֵּאְיָה, *superbia*; שֶׂה, pro שֵׂיְיְ, *pecus*; חֵלֶק, חֶלְקָה, *portio*; אֵמֶר, אִמְרָה, *dictio*; מֵצַח *frons*; הֲבֵל *vanitas*; חֲצִי, pro חֵצְיְ, *dimidium*.

c. פֶּקְדְּ, et, pro eo, פֶּקֶד, et פְּקֶד, fem. פֶּקְדָּה; vt גֶּיא *vallis*; עֶד, pro עֶדְיְ, *aeternitas*; חֶלֶד *aeuum*; מְרִי, pro מְרֶי, *rebellio*; חֲלִי, חֶלְיָה, *ornatus*.

d. פִּקְדְּ, et, pro eo, פֶּקֶד et פְּקֵד, vel פְּקַד, et פְּקֶד, fem. פִּקְדָּה; vt שִׁיר, שִׁירָה, *cantio*; דּוּר, pro דִּוְרְ, *orbis*; דּוּגָה, pro דִּוְגָה, *piscatio*; חֻטָּה, pro חִנְטָה, *triticum*; פִּי, pro פִּיְיְ, *os*; כֶּבֶשׂ *agnus*; כִּבְשָׂה *agna*; דֶּמַע, דִּמְעָה, *lacrima*; שְׁבִי, שִׁבְיָה, *captiuitas*; דְּבַשׁ *mel*; שְׁכֶם, שִׁכְמָה, *humerus*.

e. פֹּקְדְּ,

e. פֹּקְדְ, et, pro eo, פֹּקֶד, et פְּקֹד, fem. פָּקְדָּה, פֻּקְדָּה; vt קֹשֶׁט *rectitudo*; רֹאשׁ *caput*; גּוֹי *gens*; חֹק, pro חֹקֶק, חֻקָּה *statutum*; מֹר, pro מֹרֶר, מָרָה, *amaritudo*; אוֹר, אוֹרָה, pro אָוְרָה *lumen*; שֹׁד, pro שֹׁדִי, *mamma*; חֹרֶב, חָרְבָּה, *vastitas*; אֹרַח, אָרְחָה, *profectio*; בֹּהוּ *inanitas*; גְּדֹל *magnitudo*; חֳלִי *morbus*.

R. 91. *Formae auctae* sunt, quae, praeter literas radicales, vnam pluresue seruiles additas habent. Hae literae seruiles duorum sunt generum; aliae enim soli Nominum formationi inseruiunt, quae sunt hae sex, א, ה, י, מ, נ, et ת; eae, voce technica הֶאֱמַנְתִּי, i. e, *credidi*, comprehensae, vulgo *Heemanticae* appellantur; aliae autem non diuersae sunt ab iis, quae constituunt characteres Specierum Verbi deriuatarum, a quibus Nomina has literas characteristicas habentia descendunt.

R. 92. Literis Heemanticis auctae Nominum formae partim a Specie Kal, partim a Speciebus deriuatis, partim denique ab aliis Nominibus descendunt; vt מִשְׁמָר *custodia*, ducitur ex Kal Verbi שָׁמַר; חִפָּזוֹן *festinatio*, venit a Pihhel Verbi חָפַז; רַגְלִי *pedes*, ortum est a Nomine רֶגֶל *pes*.

Accedunt literae Heemanticae vel a principio, vel a fine. A principio ponuntur א, י, מ, et ת. A fine adduntur ה, י, ם, ן, et ת.

Plurimae formae, literis Heemanticis auctae, a Specie Verbi Kal, vel a Nominibus ab ea deriuatis, descendunt. Eae sunt

a. Auctae a principio:

α. per א; vt אַכְזָב *valde mendax*; אַרְבֶּה *locusta*; אֵיתָן, vel אֵתָן, pro אֵיתָן, *valde tenſus*; אֶצְבַּע *digitus*; אֲגַרְוף *pugnus*; אַשְׁמֻרָה, אַשְׁמֹרֶת, *cuſtodia*.

β. per י; vt יִצְהָר *oleum*; יַהֲלֹם *adamas*; יַחְמוּר *caprea rufa*; יָקוּם *ſubſtantia*; יָרִיב *litigator*.

γ. per מ; qualia vel actionem, vel locum, vel inſtrumentum, notant; vt מִשְׁמָר *cuſtodia*, et *locus cuſtodiae*; מַשְׁאָב *hauſtrum*; מֶרְחָב *locus amplus*; מִזְבֵּחַ *altare*; מַסְּתֵר *clauis*; מִסְתּוֹר *latibulum*; מַטְמוֹן *theſaurus*; מַלְבּוּשׁ *veſtitus*.

δ. per ת; vt תִּרְזָה *pinus*; תִּקְוָה *exſpectatio*; תִּפְאֶרֶת, תִּפְאָרָה, *decus*; תַּחְמָס *ſtruthio*; תּוֹשָׁב *inquilinus*; תֵּימָן *auſter*; תַּרְדֵּמָה *ſopor*; תּוּשִׁיָּה, pro תּוּשִׁיָּה, *ſoliditas*; תְּפִלָּה *precatio*; תְּשׁוּעָה *ſalus*; תַּלְבֹּשֶׁת *veſtitus*; תַּגְמוּל *retributio*; תַּחֲנוּנָה *ſupplicatio*.

b. Auctae a fine:

α. per ה, praecedente Tſeri, aut Segol; vt אַרְיֵה *leo*; לְבֻנָה *populus* arbor; שְׁמֹנֶה *octo*.

Sed ה, praecedente Kamets, terminatio eſt feminina, de qua inferius, vbi de *Motione*.

β. per י, quae, praemiſſo Chirek, efficit adiectiua patronymica, gentilia, poſſeſſiua, variique generis relationem exprimentia; vt עִבְרִי *Hebraeus*; ab עֵבֶר; מִצְרִי *Aegyptius*, a מִצְרַיִם; נָכְרִי *ad peregrinum pertinens*; a נֵכָר, צְפוֹנִי *aquilonaris*, a צָפוֹן; רִאשׁוֹנִי *ad primos pertinens*; a רִאשׁוֹן; אַכְזָרִי *ad crudeles referendus*, ab אַכְזָר.

Quodſi

Quodsi autem Jod Patach, aut Kamets, ante se habeat, alia est formae indoles; tum enim vel rei multitudinem, sensu collectiuo, exprimit, vel notat id, quod, in suo genere, magnum et eximium est; vt בּוּגָי *locustarum multitudo*, a גֹּב; חַלּוֹנָי *feneſtrarum multitudo*, a חַלּוֹן; כִּילַי *auarus admodum*, a כִּיל; שָׂדַי *ager magnus*, a שָׂדֶה; &c. Huc pertinent שַׂדַּי *robur magnum*, et per metonym. *Deus omnipotens*, a שַׁד, quod a שָׂדַד; et אֲדֹנָי *dominus magnus*, item de *Deo*, ab אָדוֹן.

γ. per ם, praecedente Kamets, aut Cholem; quae terminatio auget et intendit significationem; vt אֲמָנָם *firmitas perfecta*, ab אֱמֶת; פְּדוּיִם *redemtio perfecta*, a פְּדוּת; יוֹמָם *dies omnis*, vel *totus*, a יוֹם; כִּנָּם *copia pediculorum*, a כִּנִּים, quod a כֵּן.

δ. per ן, item vel Kamets, vel Cholem, praecedente; vt קָרְבָּן *oblatio*, a קָרַב; בִּנְיָן *aedificium*, a בִּנְיָה, לִוְיָתָן *draco*, a לִוְיָה; שִׁלְטוֹן *potestas*, a שָׁלַט; רִאשׁוֹן, pro רִאישׁוֹן, *primus*, a רֹאשׁ.

ε. per ת, alteram terminationem femininam, de qua dicetur, vbi de *Motione*. Sed huc referri possunt duae terminationes feruiles in וֹת exeuntes:

וֹת, significationem intendens; vt חָכְמוֹת *sapientia magna*, a חָכְמָה; חוֹמוֹת *murus vndique cingens*, a חוֹמָה; בָּמוֹת *delubrum excelsum*, a בָּמָה.

וּת, notans statum sui primitiui; vt מַלְכוּת *status regis*, *dignitas regia*, *imperium*, a מֶלֶךְ; פְּקִידוּת *status praefecti*, *praefectura*, a פָּקִיד; אַלְמָנוּת *viduitas*, ab אַלְמָן.

R. 93. Alterum genus literarum seruilium, formas auctas constituentium, eas continet, quae characteres efficiunt Specierum Verbi deriuatarum. Ab his enim magnus Nominum numerus descendit, quae vel ita formata sunt, vt literae characteristicae adsint solae, vel ita, vt vna pluresue Heemanticae simul addantur.

Formae nominum descendentes a Speciebus Verbi deriuatis eo diligentiùs obseruandae sunt, quod non tantum ratio flexionis earum saepe ex hac deriuatione intelligatur, sed et Nominum significatio pendeat ab ea vi et virtute, quam illae Species sibi habent propriam. Quare operae pretium fuerit, praecipuarum formarum exempla, secundum ordinem Specierum, a quibus descenderunt, dispositа, enotasse.

a. A *Niphal* veniunt נִבְצָב, pro נִבְצַב, *capulus gladii*; נִכְרָתָה *excisio*; נִסְבָּה, pro נִסְבֵּבָה, *conuersio*; נַפְתּוּל *colluctatio*.

b. A *Pibbel*; אִלֵּם *mutus*; חֵרֵשׁ, pro חֵרֵשׁ, *surdus*; אַחֵר *alius*; יְקֻחָה *obsequium*; שְׁמֵמָה, pro שְׁמָמָה, *desolatio*; אִוֶּלֶת *stultitia*; עַצָּבָה et עִצָּבוֹת, *constrictio*; בֶּהָלָה *consternatio*; צָרַעַת *lepra*; בְּקֻרֹת *inquisitio*; בַּצֹּרֶת *siccitas*; אִבֵּר *fossor*; גַּנָּב *fur*; פָּרָשׁ *eques*; אֶחָד *vnus*; רַבָּה *iaculator*; צַדִּיק *iustus*; עָרִיץ *formidolosus*; יְלוֹד *natus*; קַנּוֹא *zelotypus*; גְּדוּף *conuitium*; אַלּוּף *socius*; בָּחוּר, vel בַּחוּר, *electus iuuenis*; שְׁכָרוֹן *inebriatio*; חֲרָיוֹן, contracte חֵרוֹן, *grauiditas*; שַׁבָּתוֹן *cessatio*; יִדְּעֹנִי *ariolus*; עִקְּשׁוּת *peruersitas*; חַלָּמוּת *somnolentia*; מְקֻרָה *contignatio*; מְבֻשָּׁלָה *locus coquendi*;

*di;* מְרַאֲשָׁה *locus caput reponendi;* מַכֶּלֶת, pro מְאַכֶּלֶת, *eulter;* אֲבַטִּיחַ *melo.*

c. A *Puhhal*, vel *Pohhal;* vt יֻלַּד, vel יוֹלָד, *natus;* מוֹרָא, pro מָרָא *faginatus;* קְקֹבַּעַת *faex;* סֶבֶל *onus;* כְּתֹנֶת *tunica.*

d. Ab *Hiphil;* vt הַרְבֵּה *multum;* הַתּוּךְ, pro הִנְתּוּךְ, *liquatio;* מַצָּה, et מַצּוֹת, *rixa;* תּוֹכֵחָה, תּוֹכַחַת, *redargutio;* תּוֹרָה *doctrina.*

e. Ab *Hophal;* vt מָעֳמָד *locus, cui quid innititur;* מוֹעָקָה *preſſio, qua quid arctatur.*

f. Ab *Hithpahhel;* vt הִתְחַבְּרוּת *conſociatio;* תַּבְלוּל, pro הִתְבַּלְבּוּל, *ſuffuſio oculorum.*

g. A *Paahel;* vt קָדָשׁ, pro קָאדָשׁ, *ſanctus;* בָּגוֹד, pro בָּאגוֹד, *perfidus;* שָׁלוּשׁ, pro שָׁאלִישׁ, *praefectus;* גָּלוּת pro גָּאלוּת, *captiuitas;* דָּלוּת, pro דָּאלוּת, *ramus propendulus.* Ex *Hithpaahel* eſt תְּעָלָה, pro הִתְעָאלָה, *aquaeductus.*

h. A *Pohel;* vt שׁוֹמֵם *deſolatio;* עוֹלֵל *racemus;* דּוֹבְרָה *ratis;* סוֹלְלָה *agger.*

i. A *Pohal;* vt אוֹצָר *theſaurus;* כּוֹתָרָה, *coronamentum.*

k. A *Piihel*, vel *Pehel;* vt תִּימָרָה *palma;* עֵילֹם *tempus occultum;* צִינֹק *compes;* הֵילֵל *lucifer;* נֵכָר *peregrinus;* רֵעֶה *amicus;* צֵלָחָה *catillus.*

l. A *Puuhal;* vt שׁוּעָל *vulpes;* כּוּמָז *cingulum bullatum;* דּוּמִיָּה, pro דְּוֹמִיָּה, a דּוֹמָה, *ſilentium, quies.*

m. A *Pih-el;* vt צַוָּאר, pro צַוְאָר, *collum;* נְכֹאת, pro נִכְאֹת, *aromatis* genus; שְׂמֹאל, pro שִׂמְאֹל *sinistra manus.*

n. A *Pihlel;* vt פִּרְחָח *pullities;* סַגְרִיר *imber;* חַכְלִיל, vnde est חַכְלִילִי *rubicundus;* שַׁעֲרוּר *horribilis;* נַאֲפוּף *moechatio;* פָּארוּר, pro פַּאֲרוּר, *splendor;* נָאוֶה, pro נַאֲוֶה, ex נָאֲוֵו, *decorus;* לוֹצֵץ, pro לַוְצֵץ, *irrisor;* רוֹמֵם, pro רַוְמֵם, vnde רוֹמֵמָה, et רוֹמֵמוּת, *exaltatio;* קוֹמֵם, pro קַוְמֵם, vnde קוֹמְמִי, a quo est קוֹמְמִיּוּת *statura erecta.*

Huc pertinent plurima, quorum tertia radicalis dagesch forte habet, vel in flexione assumit; vt פְּלַנָּה, pro פַּלְגָּנָה, *diuisio;* כְּלִמָּה, pro כַּלְמֵמָה, *ignominia;* אֲחֻזָּה, pro אַחְזוּזָה, *res possessa;* אֲבַדּוֹן, pro אַבְדָּדוֹן, *exitium;* גָּמָל, pro גַּמְלָל, *camelus;* vnde plur. גְּמַלִּים, pro גַּמְלָלִים; עָגוֹל, pro עַגְלוֹל, *rotundus,* vnde fem. עֲגֻלָּה, pro עַגְלוּלָה; חָרוּל, pro חַרְלוּל, *vrtica,* vnde plur. חֲרֻלִּים, pro חַרְלוּלִים, לְאֹם, pro לַאְמֹם, *natio,* plur. לְאֻמִּים, pro לַאְמֹמִים.

o. A *Puhlal;* vt אֻמְלַל *languor;* שׁוֹבָב, pro שָׁוְבָב, *auersus.*

p. Ab *Hithpahlel;* הִשְׁתַּחֲוָיָה *incuruatio sui;* תְּקוֹמֵם, pro הִתְקַוְמֵם, *aduersarius.*

q. A *Pehalhal;* vt הֲפַכְפָּךְ *tortuosus;* אֲסַפְסוּף *promiscua turba;* עֲרִירִי, pro עֲרַיְרִי, *sterilis.*

A *Schiphel* esse שַׁלְהֶבֶת *flamma,* supra annotatum est, p. 37. Ita et aliae quaedam Species Verbi ex Nominibus

bus deriuatis restitui possunt; vt פְּקָאקֵךְ, vnde est עֲזָאזֵל *piaculum amouendum*, פְּקוּקֵךְ, vnde חֲצֹצְרָה *tuba*, &c. &c.

R. 94. *Formae* Nominum *perfectae* sunt, quae, a Verbis perfectis ductae, tres literas radicales habent praesentes et mobiles; vt a Verbo perfecto מָלַךְ veniunt Nomina מֶלֶךְ, מַלְכָּה, מְלוּכָה, מֶלֶכֶת, מַלְכוּת, מַמְלָכָה, &c.

*Imperfectae formae* sunt, quae, a Verbis imperfectis deriuatae, vel sunt *pluriliterae*, vel *defectiuae*, vel *quiescentes*.

a. *Pluriliterae*, a Verbis pluriliteris ductae, variae sunt, pleraeque quadriliterae, pauciores quinqueliterae; vt חַרְצֻבָּה, חַרְצָבָּה, *vinculum stringens*; זַלְעָפָה, vel זְלָעָפָה, *ventus vrens*; זַרְזִיף *imber copiosus*; גַּלְמוּד *dura silex*; חַלָּמִישׁ *petra praedura*; צְפַרְדֵּעַ *rana*.

Huc referri possunt, quae tamen aliquantum diuersae sunt indolis, *Composita* ex duobus Nominibus, qualia haud adeo multa reperiuntur; vt אֲרִיאֵל *leo Dei*; ex אֲרִי et אֵל; בְּלִיַּעַל *nequitia*, quasi *defectus vtilitatis*, ex בְּלִי et יַעַל; קוֹנְקִלוֹן *conuomitio ignominiosa*, ex קִיא et קָלוֹן; צַלְמָוֶת *vmbra mortis*, secundum plerosque, compositum ex צֵל et מָוֶת, quod tamen aliis potius videtur esse simplex, formae plenae פַּקְדוּת, quae alibi in פַּקֻּדוּת contracta est, a צָלַם *obscurus fuit*.

b. *Defectiuae* formae sunt ductae a Verbis, quorum vel prima, vel secunda, vel tertia litera radicalis deficit. Sunt itaque

*α.* defectiuae *prima* radicali, vt מַתָּנָה *donum*, pro מַנְתָּנָה; מַצָּע *ſtratum*, pro מַוְצָע; עֵרָה *coetus*, pro יְעֵדָה; מִקָּח *acceptio*, pro מִלְקָח.

*β.* defectiuae *ſecunda* radicali; vt לֵב *cor*, pro לִבָּב; לְבָבָה idem, pro לִבְּבָה; עִי *aceruus*, pro עִיִּי; מְצַר *locus arctus*, pro מִצְרָר; תְּפִלָּה *precatio*, pro תִּפְלֵלָה, מְגִלָּה *conuolutio*, *volumen*, pro מַגְלֵלָה.

Adde Nomina deriuata a Speciebus geminatis Verborum ſecunda radicali defectiuorum; vt גַּלְגַּל *rota*, a גָּלַל, et גֻּלְגֹּלֶת *cranium*, a גֻּלְגַּל, quod vtrumque eſt a גָּלַל. Talia interdum, euphoniae cauſa, literae priorem ſyllabam claudentis eſſionem patiuntur; vt בָּבֶל *Babel*, pro בַּלְבֶּל, a בִּלְבֵּל, quod a בָּלַל; כּוֹכָב *ſtella*, pro כֻּכְבָב, a כֻּכְבַב paſſiuo Speciei geminatae כֻּבְכַּב, quae a כָּבַב.

*γ.* defectiuae *tertia* radicali, vt שַׁבָּת *ceſſatio*, *ſabbathum*, pro שַׁבְתַּת; אֱמֶת *veritas*, pro אֱמֶנֶת; מַתַּת *donatio*, pro מַתָּנַת, a נָתַן; אַחַת *vna*, pro אַחֶרֶת.

c. *Quieſcentes* formae, ductae a Verbis, quorum vel prima, vel ſecunda, vel tertia, litera radicalis quieti eſt obnoxia. Sunt igitur

*α.* quieſcentes *prima* radicali; vt מֹאזֶן *libra*, pro מְאֹזָן; תּוֹלֶדָה *generatio*, pro תִּוְלָדָה; מֵישׁוֹר *planities*; אֵיתָן, vel אֵתָן, *valde tenſus*, pro אִיתָן.

*β.* quieſcentes *ſecunda* radicali, vt רִאשׁוֹן *primus*, pro רַאְשׁוֹן; מְלֵאכָה *opus*, pro מַלְאָכָה; יוֹם *dies*, pro יְוֹם; שׁוּל *lacinia*, pro שְׁוֹלַי; שׁוּחָה *fouea*, pro שְׁוֹחָה; מָקוֹם *locus*, pro מְקוֹם; תְּשׁוּעָה *ſalus*, pro תִּשְׁוָעָה; שִׁיד

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn863031765/phys_0172
DFG

שִׁיד *calx*, pro שִׁיְדְ, שִׂיחָה *meditatio*, pro שִׂיְחָה; מְדִינָה *locus iudicii*, pro מַדְיֵנָה.

Obseruatum est supra, a Verbis secunda Vav et Jod quiescentibus duci quoque Species geminatas. Inde itaque etiam Nomina deriuantur, vt עַפְעַף *palpebra*, ab עִפְעֵף, quod ab עוּף; טַלְטֵלָה *proiectio*, a טִלְטֵל, quod a טוּל. Vbi litera priorem syllabam claudens interdum eliditur, plane vt in iis, quae sunt a Verbis defectiuis, vt כִּבָּר *orbis*, pro כִּרְכָּר, a כִּרְכֵּר, quod a כּוּר; טוֹטָפָה *monile*, pro טֻפְטָפָה, a טֻפְטַף, passiuo Verbi טִפְטֵף, quod a טוּף.

γ. quiescentes *tertia* radicali; vt חַטָּאת *peccatum*, pro חַטַּאַת; מִלֵּאת *impletio*, pro מִלֶּאֶת; בֹּהוּ *inanitas*, pro בֹּהֶו; פְּרִי *fructus*, pro פִּרְיְ; מַרְאֶה *adspectus*, pro מַרְאֵו et מַרְאֵי; שְׁבוּת, et שְׁבִית, *captiuitas*, pro שְׁבֶוֶת, et שְׁבֶיֶת.

Multis quoque in Nominibus tertia Vav, Jod, vel He pro iis substituta, prorsus absorbetur; vt אָב *pater*; בֵּן *filius*; עַד, vel עֶד *perpetuitas*; מַעַל *locus superior*.

R. 95. *Qualitate* Nomina vel sunt *substantiua*, vel *adiectiua*; et substantiua vel sunt *propria*, vel *appellatiua*. *Propria* sunt יְהוָֹה *Jehoua*; מֹשֶׁה *Moses*; מִצְרַיִם *Aegyptus*; יַרְדֵּן *Jordanes*. *Appellatiua*, אֱלוֹהַּ *deus*; עֶבֶד *seruus*; חָכְמָה *sapientia*. *Adiectiua*, טוֹב *bonus*; חָכָם *sapiens*; עִבְרִי *Hebraeus*. Horum indolem sequuntur *Participia*, tam actiua quam passiua; vt פּוֹקֵד *inspiciens*; פָּקוּד *inspectus*.

Vt aliis in linguis, ita et in Hebraea, plurima adiectiua, et participia, per ellipſin acceperunt vſum ſubſtantiuum; vt חָצֵר *atrium*, proprie *cingens*, ſcil. locus, domum vndique ambiens; בְּהֵמָה, *beſtia*, propr. *bruta*, ſcil. pecus; כֹּהֵן *ſacerdos*, propr. *appropinquans*, ſcil. ad ſacra loca; בָּחוּר *iuuenis*, propr. *delectus*, qui ea aetate eſt, qua ad militiam deligitur; נִצָּב *capulus* gladii, propr. *infixus*, quod ille laminae infigatur; &c. Viciſſim plurima ſubſtantiua, per appoſitionem iuncta ſubſtantiuis aliis, vſum adiectiuum obtinuerunt; vt עָם רַב *populus multitudo*, i. e. *populus multus*; דֶּרֶךְ חֹשֶׁךְ *via caligo*, i. e. *caliginoſa*; *homo* אֶרֶךְ אַפַּיִם *longanimitas*, (propr. *longitudo narium*) i. e. *longanimus*.

R. 96 *Genus* Nominum duplex eſt, *maſculinum* et *femininum*: quae vtrumque admittunt, dicuntur generis *communis*.

*Neutro* genere Hebraei carent; ſed pro eo fere vſurpant femininum; vt טוֹבָה *bonum*; רָעָה *malum*; נִפְלָאוֹת *mirabilia*.

a. *Maſculina* ſunt, vel terminatione, vel ſignificatione.

*Terminatione* maſculina ſunt pleraque eorum, quae exeunt vel in literam radicalem, vel in talem ſeruilem, quae non ſit nota generis feminini; vt דָּבָר *ſermo*; צַדִּיק *iuſtus*; אַרְיֵה *leo*; עִבְרִי *Hebraeus*; אוּלָם *veſtibulum*; חָרוֹן *ardor*.

*Significatione* maſculina ſunt, quae, ob naturam ſubiecti ſignificati, hoc genus requirunt; vt יוֹנָה *Jonas*; פֶּחָה *praefectus*.

b. *Femi-*

b. *Feminina* item sunt, vel terminatione, vel significatione.

*Terminatione* feminina sunt, quae exeunt in He, praecedente Kamets, vel in Tav seruilem; vt אִמְרָה *dictio*; בְּהֵמָת *pecus*; אֱמֶת *veritas*; חַטָּאת *peccatum*; מַלְכוּת *regnum*; רֵאשִׁית *principium*.

*Significatione* feminina sunt, quae subiectum feminei sexus significant; vt רָחֵל *Rachel*; אֵם *mater*; שִׁגָּל *vxor*; פִּלֶגֶשׁ *concubina*. Adde nomina propria *regionum* et *vrbium*, quae, quia sunt quasi *matres* suorum ciuium, plerumque feminino genere vsurpantur; vt אֱדוֹם *Idumaea*; חֶבְרוֹן *Chebron*.

c. *Communis* generis sunt

α. multa animalium nomina, quae, sub vna terminatione, vtrumque genus admittunt; vt גָּמָל *camelus*, mas, et femina; דֹּב *vrsus*, et *vrsa*.

β. plurima nomina masculinam quidem habentia terminationem, sed sua significatione ad masculinum genus non restricta; vt שְׁאוֹל *orcus*; אָרוֹן *arca*; בֶּגֶד *vestis*; שֶׁמֶשׁ *sol*.

Eorum quaedam, etsi vtrumque genus recipiunt, plerumque tamen sunt feminina; vt אֶרֶץ *terra*; נֶפֶשׁ *anima*; יָד *manus*; זְרוֹעַ *brachium*.

In quibusdam adeo vsu praeualuit femininum genus, vt, licet probabile sit, ea olim communia fuisse, nunc tamen in masculino non reperiantur; vt חֶרֶב *gladius*; כּוֹס *poculum*; אֹזֶן *auris*; עִיר *vrbs*; et alia nonnulla, ex lectione discenda.

R. 97. *Motio* Nominum est eorum flexio ex genere

genere masculino in femininum, addita feminina terminatione.

Haec motio non tantum locum habet in adiectiuis, participiis, et iis substantiuis, quae, sua significatione, generis masculini et feminini discrimen requirunt; sed etiam in talibus substantiuis, quae denotant res neutrum ad sexum referendas. In his itaque masculinam inter et femininam formam fere nullum notabile est significationis discrimen. Talia e. c. sunt גַּן, et גַּנָּה, *hortus*; גֶּבַע, et גִּבְעָה, *collis*; מִשְׁמָר, et מִשְׁמֶרֶת, *custodia*. Interdum tamen feminina forma notat aliquid minus et debilius, quam masculina. Ita coniunguntur מַשְׁעֵן et מַשְׁעֲנָה, *fulcrum firmius*, et *fulcrum debilius*, *Jes.* 3, 1.

Terminatio feminina duplex est, He quiescens, et Tav.

Prior, He quiescens, accedit per Kamets, cui accentus adhaeret; vt טוֹבָה *bona*, a טוֹב; מַלְכָּה *regina*, a מֶלֶךְ.

Pro hac He, interdum, ex dialecto Chaldaica, Aleph substituitur, vt מַטָּרָא *scopus*, *Thren.* 3, 12. קָרְחָא *calui*ties, *Ezech.* 27, 31.

Posterior, Tav, plerumque ante se habet geminum Segol, vel, ob literam gutturalem, geminum Patach, accentu ad syllabam penultimam relicto; vt פּוֹקֶדֶת *inspiciens*, f. a. פּוֹקֵד; שׁוֹמַעַת *audiens*, f. a. שׁוֹמֵעַ. Interdum tamen penultima vocalis est Tseri, non raro Cholem; vt אֵשֶׁת *femina*, pro אֲנֶשֶׁת, ab אִישׁ; חֲמֵשֶׁת *quinque*, a חָמֵשׁ; קְטֹרֶת *suffitus*, a קָטֹר; מְחֹגֶרֶת *cinctura*, a מָחֹגֵר; בְּצֹרֶת *siccitas*, a בָּצֹר; נְפֹצֶת *diffusa*, a נָפוּץ.

Multae

Multae Nominum formae vtramque terminationem recipiunt; vt פּוֹקְדָה et פּוֹקֶדֶת, a פּוֹקֵד; נִפְקָדָה et נִפְקֶדֶת, a נִפְקָד; מִשְׁמָרָה et מִשְׁמֶרֶת, a מִשְׁמָר; מִשְׁפָּחָה et מִשְׁפַּחַת, a מִשְׁפָּח; מַפְקִידָה et מַפְקֶדֶת, a מַפְקִיד et מַפְקֵד; תּוֹכְחָה et תּוֹכַחַת, a תּוֹכֵחַ.

Prioris tamen terminationis vſus multo latius patet, quam poſterioris. Illam enim fere omnes formae maſculinae, hanc non omnes, admittunt.

*α.* terminationem Tav reſpuunt complures formae exeuntes in vocalem longam immutabilem, vt a קָם *ſtans*, pro קָוֹם, fit fem. קָמָה, non קָמֶת, neque קָמַת; a פָּקוּד *inſpectus*, fit fem. פְּקוּדָה, non פְּקוּדֶת, neque פְּקֻדַּת; a נָבִיא *propheta*, eſt נְבִיאָה, non נְבִיאַת, neque נְבִאַת.

*β.* ſolam terminationem He recipiunt formae penultimam ſyllabam puram non habentes; vt a חֹק *ſtatutum*, fit fem. חֻקָּה, non חֻקַּת; a מֶלֶךְ *rex*, quod eſt pro מַלַךְ, fit fem. מַלְכָּה *regina*; non מַלְכַּת, neque מַלְכֶּת, hoc enim eſt a מָלַךְ; a קָטָן *paruus*, pro קַטְנָן, forma ex Pihlel ducta, fit fem. קְטַנָּה, non קְטַנַּת.

b. Etſi terminatio in Tav exiens, ſi ſit plena, penacuta eſt, ſunt tamen variae eius contractiones, quae formas reddunt acutas. Tales exeunt

א. in תָ; vt הַטָּאַת *peccatum*, ex הַטַּאַת; מְנָתְ *portio*, ex מְנַאַת. Sic פְּרָתְ *frugifera*; מְקָצָתְ *pars*; מָחָרָתְ *dies craſtinus*.

ב. in תָ; vt לָדָתְ *parere*; ex לֶדֶת; אַחַתְ *vna*, ex אַחַת; מְשָׁרַתְ *miniſtrans*, f. ex מְשָׁרֶתֶת; בַּתְ *filia*, ex בַּנַת.

ג. in

ג. in תַ; vt מְצֹאת, vel מְצֹאַת, *inueniens*; f. ex מְצֹאַת; שְׂאֵת, vel שְׂאֵת, *elatio*, ex שְׂאֵת; תֵּת *dare*, ex תֵּתֶת.

ד. in תָ; vt אֱמֶת *veritas*, ex אֱמֶנֶת.

ה. in תָ; vt בְּרִית *foedus*, ex בְּרֵית; רֵאשִׁית *principium*, ex רֵאשֵׁית.

ו. in וֹת, vt אֲחוֹת *soror*, ex אֲחֹוֶת; חֲצוֹת *dimidium*, ex חֲצֹוֶת.

ז. in וּת, vt גָּלוּת *captiuitas*, ex גָּלֻוּת; דְּמוּת *similitudo*, ex דְּמֻוּת.

R. 98. *Numerus* eſt triplex; Singularis, Dualis, et Pluralis.

*Singularem* exire vel in literam radicalem, vel in ſeruilem, ex ſuperioribus iam ſatis intelligitur; vt רֶגֶל *pes*; שֻׁלְחָן *menſa*; מַלְכָּה *regina*.

R. 99. *Dualis* formatur per additam terminationem ſeruilem יִם־, quae, ſine generis diſcrimine, ad maſculina et feminina accedit; vt שׁוֹקַיִם *crura*, ſ. *vtrumque crus*, a שׁוֹק; שְׂפָתַיִם *labia*, ſ. *vtrumque labium*, a שָׂפָה.

a. Terminatio haec יִם־ interdum in יִם־ contrahitur; vt שְׁנֵים *duo*, pro שְׁנַיִם; שְׁתֵּים *duae*, pro שְׁתַּיִם.

b. Dualis potiſſimum vſurpatur de *binis*, ſeu iis, quae, vel natura, vel arte, gemina ſunt; vt יָדַיִם *binae manus*; עֵינַיִם *bini oculi*; שִׁנַּיִם *bini dentium ordines*, et, per metonymiam, ipſi *dentes*; נַעֲלַיִם *bini calcei*, ſ. *par calceorum*; רֵחַיִם *bini lapides molares*, et, per meton. ipſa *mola*. Talia ſaepe Dualem ſeruant, vbi

vbi numerus maior duobus additur; vt אַרְבַּע רַגְלַיִם *quatuor pedes*, *Lev.* 11, 23. שֵׁשׁ כְּנָפַיִם *sex alae*, *Jes.* 6, 2.

Rarius adhibetur Dualis de *duobus*; vt יוֹמַיִם *duo dies*, *biduum*; שְׁנָתַיִם *duo anni*, *biennium*; מָאתַיִם *ducenta*; אַלְפַּיִם *duo millia*; כִּכָּרַיִם *duo talenta*. Frequentioris vsus de *duobus* est Pluralis, praemisso שְׁנֵי, aut שְׁתֵּי; vt שְׁנֵי מְלָכִים *duo reges*, non מַלְכִים שְׁתֵּי; שְׁתֵּי שְׁפָחוֹת *duae ancillae*, non שִׁפְחוֹתִים.

R. 100. *Pluralis* terminatio alia est masculina, alia feminina.

*Masculina* desinit in יִם, vel, omissa Jod, in ם; vt טוֹבִים, vel טוֹבֵם, *boni*, a טוֹב; גּוֹיִם *gentes*, a גּוֹי.

*Feminina* exit in וֹת, vel, omissa Vav, in ת; vt טוֹבוֹת, vel טוֹבֹת, *bonae*, a טוֹבָה.

a. Masculina terminatio pro *Mem* interdum *Nun*, ex Chaldaica dialecto, habet; vt מְלָכִין *reges*, *Prov.* 31, 3. אִיִּין *insulae*, *Ezech.* 26, 18.

b. Nomen שָׁמַיִם *caeli*, non duale, sed plurale, pro שָׁמָיִם, ex שָׁמָיוֹם, a Sing. שָׁמַי *altus*, accentum in penultima habet, vt per eum Jod elisa compensetur; vbi et, eandem ob rationem, eum habet מַיִם *aquae*, a Sing. מַי. Scribitur autem שָׁמַיִם pro שָׁמָיִם, (R. 41. d.) Ea Pluralis terminatio frequens est apud Chaldaeos, in deriuatis a Verbis tertia Jod quiescentibus.

c. Feminina terminatio interdum, sed raro, est תָ, pro וֹת, ex dialecto Chaldaica; vt תְּהִלָּת *laudes*, *Ps.* 9, 15. עֵצָת *consilia*, *Jes.* 47, 13.

d. Ter-

d. Terminatio pluralis masculina potest etiam generis esse communis; nam interdum quoque vt feminina vsurpatur. Id fit

א. in Nominibus quibusdam, quorum Singularis, olim quidem communis generis, praecipue tamen in feminino increbuit. Sic ab אֶבֶן *lapis*; feminino, fit, אֲבָנִים, quod item femininum esse docet constructio, qualis est in אֲבָנִים גְּדֹלוֹת *lapides grandes*, et אֲבָנִים יְקָרוֹת *lapides graues*, 1 *Reg.* 5, 31. Similiter ab עִיר *vrbs*, est עָרִים, pro עֲיָרִים, quod femininum esse apparet e. c. ex עָרִים גְּדֹלֹת וּבְצוּרוֹת *vrbes magnae et munitae*, *Deut.* 1, 28.

ב. in femininis quibusdam, quae Tav seruilem in Pluralis formatione seruarunt; vt בָּמוֹתִים *delubra excelsa*, a Sing בָּמוֹת; אַלְמָנוֹתִים *viduitates*, ab אַלְמָנוֹת.

ג. in Nominibus נָשִׁים *feminae*, cuius Sing. נָשָׁה, ea significatione, non est in vsu, et פִּלַּגְשִׁים *pellices*, a פִּלֶגֶשׁ. Haec tamen, origine masculina, per metonymiam demum femininam significationem acceperunt.

ד. in adiectiuis et participiis non paucis, quae vtramque Pluralis terminationem in feminino genere admittunt. Sic feminina sunt גְּדוֹלִים *magnae*, *Gen.* 1, 16. רִאשׁוֹנִים *primae*, *Ps.* 79, 8. עִקְּשִׁים *peruersae*, *Prov.* 2, 15. עֲצוּמִים *numerosae*, *Amos*, 5, 12. שְׁאֲגִים *rugientes*, *Zeph.* 3, 3. נִשְׁבָּרִים *fractae*; *Jer.* 2, 13. מְרֻכָּאִים *contritae*, *Jes.* 19, 10. מְרֻחָבִים *dilatatae*, *Jer.* 22, 14. &c.

e. Quaedam singularia masculina Pluralem a forma feminina mutuantur; vt קוֹל *vox*, Pluralem habet קוֹלוֹת, qui

qui proprie est a deperdito קוֹלָה. Sic אָב *pater*, Pluralem אָבוֹת *patres*, *maiores*, desumsit ab אֲבָוָה *necessitudo paterna*, q. d. *paternitas*, vnde fuit אֲבָוֹת et, per contractionem, אָבוֹת, proprie *paternae necessitudines*, et, per metonymiam, ipsi *patres*.

f. Viciſſim quaedam ſingularia feminina Pluralem a forma maſculina mutuantur; vt מִלָּה *ſermo*, Pluralem habet מִלִּים, ductum a deperdito מֶל; a יוֹנָה *columba*, fit plurale יוֹנִים, quod proprie eſt a יוֹנֶה.

g. Nonnulla ſingularia, tam maſculina, quam feminina, dicuntur vtramque Pluralis terminationem admittere; vt a מִשְׁכָּן *habitaculum*, ducuntur מִשְׁכָּנִים et מִשְׁכָּנוֹת; ſed poſterius proprie eſt a deperdito מִשְׁכָּנָה. Ad יוֹם *dies*, referuntur quidem יָמִים et יָמוֹת; neutrum tamen inde deſcendit, ſed prius eſt ab obſoleto יָמָה, poſterius ab eius fem. יָמָה. Item a שָׁנָה *annus*, ſunt שָׁנִים et שָׁנוֹת; ſed prius proprie eſt a שָׁנֶה, quod olim quoque *annum* notauit.

Veruntamen ſingularibus, quae ſunt communis generis, vtraque Pluralis terminatio concedi poteſt; vt a נֶפֶשׁ *anima*, ſunt נְפָשִׁים et נְפָשׁוֹת; a זְרוֹעַ *brachium*, זְרוֹעִים et זְרוֹעוֹת.

h. Sunt quoque Nomina pluralia, quorum Singularis plane ex vſu excidit; vt פָּנִים *facies*, a veteri פָּנָה *vertens*, *obuertens*, q. d. *partes adſpectui ſe obuertentes*. Talia ſunt nomina aetatum; vt נְעוּרִים *puericia*, q. d. *anni puerorum*; זְקוּנִים *ſenectus*, *anni ſenum*. Sed vocis חַיִּים *vita*, proprie *compactiones*, Singularis חַי pluribus in locis conſeruatus eſt.

i. Vltimo loco obſeruanda eſt illa Hebraei ſermonis proprietas, qua Pluralis, tam maſculinus, quam femininus, vſurpari poteſt de *vna* re, quae, in ſuo genere, magna eſt et quodammodo excellens; vt יַמִּים *maria*, pro *mari magno*; תַּנִּים *dracones*, pro *dracone praegrandi*; אֲדֹנִים *domini*, pro *domino magno et potente*; אֱלֹהִים *numina*, pro *numine admodum colendo*; קְדֹשִׁים *ſancti*, pro *deo ſanctiſſimo*; בְּהֵמוֹת *beſtiae*, pro *beſtia grandi*, qualis eſt *elephas*; מַכּוֹת *plagae*, pro *plaga graui*; נְהָרוֹת *flumina*, pro *flumine magno*; &c.

R. 101 Variationes finium per *Caſus* non ſunt in Lingua Hebraea, ſed vna tantum eſt, eo reſpectu, terminatio Singularis, Dualis, et Pluralis. *Vis* autem *caſuum* vel per ſolam conſtruendi rationem, vel ope quarundam Particularum, exprimitur.

*Nominatiuum* exhibet Nomen ipſum, et conſtructio facile oſtendit.

*Genitiuus* cognoſcitur ex duorum Nominum coniunctione, qua prioris relatio ad poſterius exprimitur; vt פְּרִי עֵץ *fructus arboris*; חַיַּת הָאָרֶץ *beſtia terrae*.

*Datiuum* indicat praepoſitio ל, vt תֵּן לַמֶּלֶךְ *da regi*; תְּפִלָּה לְמֹשֶׁה *precatio Moſi*, ſcil. *tribuenda*.

*Accuſatiui* frequens, non tamen perpetua, nota eſt praemiſſa particula אֵת; vt *creauit Deus* אֵת הַשָּׁמַיִם וְאֵת הָאָרֶץ *coelos et terram*. Hac vero omiſſa, ſola conſtructio eum deſignat; vt תֹּאכַל לֶחֶם *comedes panem*. Eundem caſum, ex indole Latini ſermonis, requirunt praepoſitiones אֶל *ad*, עַל *ſuper*, et aliae plures.

*Vocati-*

*Vocatiuus* ex contextu sermonis dignoscendus est; saepe praemissum habet articulum ה, id quod compellatur, demonstrantem; vt הַמֶּלֶךְ ὁ βασιλεὺς, *o rex!*

*Ablatiuum* nostrum postulant praepositiones מִן et מ *a, ex, de, prae,* עִם, *cum,* ב *in,* &c. cuius tamen vltimae admodum frequens est ellipsis; vt כָּל יוֹם *omni die*, pro בְּכָל *in omni*; בֵּית אָבִיךָ *domo patris tui*, pro בְּבֵית *in domo.*

Reg. 102. *Comparatiuum* et *superlatiuum gradum* in Adiectiuis et Participiis quoque non formant Hebraei per variatam terminationem, sed vtrumque per quasdam circumlocutiones exprimunt.

*Comparatiuum* efficit praepositio מִן vel מ, adiectiuo subiuncta; vt טוֹבִים הַשְּׁנַיִם מִן הָאֶחָד *boni sunt duo prae vno*, i. e. *meliores*; מָתוֹק מִדְּבַשׁ *dulcis prae melle*, i. e. *dulcior.*

*Superlatiuus* exprimitur vel per additum מְאֹד *valde*; vt טוֹב מְאֹד *bonus valde*, i. e. *optimus*; vel per repetitionem; vt רַע רַע *malus malus*, i. e. *pessimus*; vel per additum genitiuum; vt חַלַּד אִישִׁים *flaccidus virorum*, i. e. *flaccidissimus*; vel denique ope praepositionis ב; vt בָּזוּי בָּאָדָם *contemtus inter homines*, i. e. *contemtissimus hominum.*

R. 103. *Regimen* est ea Nominis relatio ad aliud sequens, qua hoc, secundum indolem Latini sermonis, in Genitiuo collocatur; vt רוּחַ אֱלֹהִים *spiritus Dei*, non *spiritus, Deus*; פְּרִי עֵץ *fructus arboris*, non *fructus, arbor.*

Prius Nomen quia regit posterius, illud *regens*, hoc *rectum*, vocari solet. Dicitur etiam prius poni in *statu constructo*, quia constructione arctiore coniungitur cum posteriore.

Quodcunque autem Nomen non regit aliud nostro Genitiuo reddendum, id positum dicitur in *statu absoluto*. Quare nomen rectum non est in statu constructo, sed in absoluto; nisi et ipsum regat alium Genitiuum, eoque respectu fiat regens. Sic e.c. in תּוֹלְדוֹת בְּנֵי־נֹחַ *generationes filiorum Noachi*, duplex est regimen; triplex est in his, יְמֵי שְׁנֵי־חַיֵּי אַבְרָהָם *dies annorum vitae Abrahami*.

R. 104. *Mutationes* quaedam *literarum* et *vocalium* multis Nominum formis accidunt, partim ob accedentem in fine nouam syllabam, quae *incrementum finale* dicitur, partim ob regimen.

*Noua syllaba* accedit

a. per *motionem*; vt in גְּדוֹלָה *magna*, a גָּדוֹל *magnus*.

b. per *declinationem*, seu formationem numeri dualis et pluralis; vt in עֵינַיִם *oculi*, ab עַיִן *oculus*; חֻקִּים *statuta*, a חֹק *statutum*.

c. per *adfixionem*, seu compositionem Nominis cum Pronomine adfixo; vt in דְּבָרֵיהֶם *verba eorum*, a דְּבָרִים *verba*.

d. per *paragogen*, seu additam literam paragogicam; vt in נֶגְבָּה *austrum versus*, a נֶגֶב *auster*.

A *regimine* quaecunque pendent mutationes, hanc rationem habent, quod, per arctiorem, quam illud efficit, duorum Nominum coniunctionem,

nem, prioris pronuntiatio acceleretur, quantum, salua eius forma et analogia, fieri potest; vt שִׂפַת אִישׁ *labium viri*, pro שְׂפַת אִישׁ; בִּנֵי אָדָם *filii hominis*, pro בְּנֵי אָדָם.

R. 105. Quaecunque Nomina terminationem femininam He quiescentem habent, eam in plurali plane excludunt; vt טוֹבוֹת *bonae*, a טוֹבָה.

Sed in duali, in affixione, et in paragoge, eam vertunt in Tav, alteram feminini notam; vt שִׂפָתַיִם *labia*, a שְׂפָה; חָכְמָתוֹ *sapientia eius*, a חָכְמָה; מִזְמָתָה *scelus graue*, a מִזְמָה.

In regimine item He in Tav, et praecedens Kamets in Patach, mutant; vt שִׂמְחַת לֵבָב *laetitia cordis*, a שִׂמְחָה.

Quaedam Pluralia putantur He quiescentem non excluſiſſe, ſed in He mobilem, aut in Vav, mutaſſe; vt אֲמָהוֹת *ancillae*, ab אָמָה; קְשָׂוֹת *scutellae*, a קְשָׂה; פָּחוֹת *principes*, a פָּחָה; &c. Verum illa rectius referuntur ad ſingularia deperdita, אֲמָהָה, קְשָׂוָה, פָּחוָה.

R. 106. Nomina feminina, in Tav feruilem exeuntia, eam ſeruant in duali, affixione, et regimine; vt חוֹמוֹתַיִם *duo muri*, ſ. *murus geminus*, a ſing. חוֹמוֹת; מַמְלַכְתּוֹ *regnum eius*, a מַמְלֶכֶת; עַטֶרֶת הַמֶּלֶךְ *corona regis*.

Quod vero ad pluralem attinet, non vnam omnia legem ſequuntur.

a. A plerisque pluralis formari non ſolet. Quaecunque enim Nomina vtramque femininam

terminationem, alteram ה, alteram ת, admittunt, pluralem potius, multoque commodius, ducunt a priore, quam a posteriore. Ita, cum in sing. dicatur מַמְלָכָה et מַמְלֶכֶת *regnum*, in plurali vna tantum forma vsurpatur מַמְלָכוֹת, veniens a מַמְלָכָה, alia a מַמְלֶכֶת non reperitur. Similiter a participio feminino פּוֹקְדָה est plurale פּוֹקְדוֹת; sed פּוֹקֶדֶת plurali, sibi proprio, caret.

α. Forma singularis, in ה desinens, in bene multis deperdita est, sed secundum analogiam restituenda. Sic אִגְּרוֹת *epistolae*, proprie non est ab אִגֶּרֶת, sed ab אִגְּרָה, quod a masc. אִגֵּר; כּוֹתָרוֹת *coronomenta*, non a כּוֹתֶרֶת, sed a כּוֹתָרָה; כָּתְנוֹת *tunicae*, non a כְּתֹנֶת, sed a כָּתְנָה; כֻּתָּנוֹת item *tunicae*, non כֻּתֹּנֶת, sed a כֻּתָּנָה, quod a masc. כֻּתֹּן; גֻּלְגֻּלוֹת *crania*, non a גֻּלְגֹּלֶת, sed a גֻּלְגֻּלָה; &c.

β. A plerisque formis contractis, in Tav seruilem desinentibus, item pluralis duci non solet, sed ab aliis in He exeuntibus. Sic חַטָּאוֹת *peccata*, non est a חַטָּאת, pro חַטַּאַת, sed a חַטָּאָה; שַׁבָּתוֹת *sabbatha*, non a שַׁבָּת, pro שַׁבָּתֶת, sed a שַׁבָּתָה; בָּנוֹת *filiae*, non a בַּת, pro בֶּנֶת, ex בְּנֶוֶת vel בְּנֶיֶת, sed a בָּנָה, a cuius masculino בָּנֶה etiam בָּנִים *filii*, descendit; דָּלִיּוֹת *rami propenduli*, non a דָּלִיּוֹת, sed a דָּלִיָּה; עִבְרִיּוֹת *Hebraeae*, non ab עִבְרִית, sed ab עִבְרִיָּה; אֲחָיוֹת *sorores*, non a sing. אָחוֹת, pro אֲחוֹת, sed ab אֲחָיָה; verum plur. אָחוֹת, item *sorores*, venit ab אָחָה, pro cuius masculino אָחֶה dictum est אָח *frater*; &c.

b. Quae-

b. Quaedam terminationem ſeruilem וּת habentia pluralem ita formant, vt, Tav eliſa, Vav, vel euphoniae cauſa ſubſtitutam Jod, reuocent in motum; vnde gemina exiſtit forma, altera qualis eſt in עֵדְוֹת *teſtimonia*, ab עֵדוּת, altera qualis in מַלְכֻיּוֹת *regna*, pro מַלְכֻוּוֹת, a מַלְכוּת.

c. Quaedam denique Tav ſeruilem in pluralis formatione ſeruant. Id faciunt

α. nonnulla exeuntia in יִת, וֹת et וּת; vt חֲנִיתִים et חֲנִיתוֹת *baſtae*, a חֲנִית; בָּמוֹתִים *delubra excelſa*, a ſing. בָּמוֹת; זְנוּתִים *ſcortationes*, a זְנוּת.

In his terminatio plur. maſc. ִים, quam ſupra, (*R.* 100. d.) vidimus, etiam vt femininam vſurpari poſſe, alteri וֹת plerumque praefertur, quia melius ſonat בָּמוֹתִים, quam בָּמוֹתוֹת; et ſic in reliquis.

β. aliqua deriuata a Verbis tertia Vav et Jod quieſcentibus, quae, poſt eliſam hanc literam, ſeruilem Tav ita ſeruarunt, quaſi ea in locum et ius tertiae radicalis ſucceſſiſſet. Sic שְׂפָתוֹת *labia*, eſt a שֶׂפֶת, pro שְׂפֶוֶת et שְׂפֶיֶת, a maſc. שָׂפֵו et שָׂפֵי, pro quo vtroque שָׂפֶה dictum fuit, vnde, alia forma, eſt שָׂפָה, item *labium*. Eandem rationem ſequuntur דְּלָתוֹת *valuae*, a דֶּלֶת; כְּסָתוֹת *puluilli*, a כֶּסֶת; קְשָׁתוֹת *arcus*, a קֶשֶׁת; שְׁקָתוֹת *canales*, a שֶׁקֶת; &c.

R. 107. Nomina feminina, geminam terminationem ſeruilem, alteram ה, alteram ת, admittentia, vtramque quidem, frequentius tamen priorem, in ſtatu abſoluto, poſteriorem plerumque in

regimine, et semper in adfixione, vsurpant. Sic מַמְלָכָה et מַמְלֶכֶת *regnum*, etsi in statu absoluto aequale ius habent, fere solum prius in eo occurrit; vt נָתַן מַמְלָכָה לְדָוִיד *dedit regnum Dauidi*, 2 *Chron.* 13, 5. posterius fere solo in regimine; vt מַמְלֶכֶת יִשְׂרָאֵל *regnum Israëlis*, 1 *Sam.* 24, 21. et semper in adfixione, vbi nunquam dicitur מַמְלָכְתּוֹ *regnum eius*, a מַמְלָכָה, sed מַמְלַכְתּוֹ, a מַמְלֶכֶת. Similiter in statu absoluto fere solum אִשָּׁה *femina*, *vxor*, in regimine nunquam אִשַּׁת, ex אִשָּׁה, sed solum אֵשֶׁת, vsurpatur, a quo etiam ducitur אִשְׁתּוֹ *vxor eius*, אִשְׁתְּךָ *vxor tua*, &c. nunquam vero אִשָּׁתוֹ, אִשָּׁתְךָ, ab אִשָּׁה.

R. 108. Nomina masculina, desinentia in ה, deriuata a Verbis tertia He quiescentibus, illam literam, cum praecedente vocali, excludunt, quando, per motionem, declinationem, adfixionem, aut paragogen, noua syllaba accedit; vt מִקְנָה *acquisitio*, a מִקְנֶה; קָנִים *calami*, a קָנֶה; שָׂדִי *ager meus*, a שָׂדֶה; מַטָּה *inferiorem locum versus*, a מַטֵּה. Eandem elisionem fieri in inflexione Participiorum, supra indicatum est, (*R.* 82.)

In regimine autem manet quidem He, sed, discriminis causa, Segol vertitur in Tseri; vt מִקְוֵה הַמַּיִם *receptaculum aquarum*, a מִקְוֶה; מֻכֵּה אֱלֹהִים *percussus Dei*; a מֻכֶּה.

a. Tertia radicalis He quiescens cum sit substituta pro Vav aut Jod, vt supra vidimus, mirum non est, quaedam Nomina, praesertim Participia, in ה desinentia,

tia, ante incrementum finale literam originalem Jod resumere. Sic a הוּמָה, pro הוּמִי, cum Jod mobili, est הוּמִיָּה *quies*, pro הוּמִיָּה, ex Specie Puuhal a הָמָי; a פּוֹרָה, pro פּוֹרִי, est פּוֹרִיָּה *fructifera*, pro פּוֹרִיָּה, a מְנַקָּה, pro מְנַקִּי, est מְנַקִּיָּה *patera libatoria*, pro מְנַקִּיָּה; &c. (Conf. *R.* 82.)

Similiter etiam in affixione Jod interdum resumitur; vt עֹשִׂיָהּ *factor eius*, ab עֹשֶׂה, *Jes.* 22, 11. מְפַתִּיָהּ *alliciens eam*, a מְפַתֶּה, *Hos.* 2, 16.

b. Pro פֶּה *os*, contracto ex פִּיָּה, in affixione et regimine, alia forma פִּי, pro פִּיו, adhibetur; vt פִּי אָדָם *os hominis*; בִּיהֶם *os eorum*. Ab eodem פִּי est plur. פִּיִם *ora*, contractum in פִּים; et fem. פִּיָּה, vnde plur. פִּיּוֹת: sed פִּיּוֹת *ora*, *Jud.* 3, 16. est a פִּיָּה, cuius masc. fuit פִּיָּה, vti a שִׂיָּה, quod contracte est שָׂה, *pecus*, venit שִׂיּוֹ *pecus eius*, *Deut.* 22, 1.

Masculina exeuntia in He Heemanticam sequuntur eandem legem, atque ea, in quibus He tertiam radicalem constituit. Sic ab אִשָּׁה *holocaustum*, quod est formae לִבְנָה, veniens ab אָשַׁשׁ, in regimine est אִשֵּׁה, in plur. אִשִּׁים.

R. 109. Dualia omnia in יִם, et pluralia masculina in ים, exeuntia, in regimine et adfixione aliam breuiorem et commodiorem formam accipiunt, qua, pereunte Mem, sola Jod remanet, maiorem numerum indicans. Ea, in regimine, quiescit in Tseri; vt עֵינֵי אָדָם *oculi hominis*, pro עֵינַיִם; עָרֵי הָאָרֶץ *vrbes regionis*, pro עָרִים. In adfixione

autem, pro diuersa pronominum adfixorum indole, Jod vel quiescit, vel mouetur, vel otiatur; vt אָזְנֵיהֶם *aures eorum*, ab אָזְנִים; שׁוּלַיִךְ *laciniae tuae*, f. a. שׁוּלִים; צָרָיו *hostes eius*, a צָרִים.

Pluralia in יִם־, qualia sunt שָׁמַיִם *coeli*, et מַיִם *aquae*, communem legem sequuntur, habentque in regimine שְׁמֵי, et מֵי; vt שְׁמֵי קָדְשׁוֹ *coeli sanctitatis eius*, *Ps.* 20, 7. מֵי הַיָּם *aquae maris*, *Exod.* 15, 19. item, in adfixione, שָׁמֶיךָ *coeli tui*, *Deut.* 28, 23. Sed pro מַיִם, in adfixione, alia forma מֵימַי adhibetur; vt מֵימֵיהֶם *aquae eorum*, *Exod.* 7, 19. quae et in regimine occurrit; vt מֵימֵי שְׁלֵג *aquae niuis*, *Job.* 24, 19. Ea singularem habuit מֵימָה, ortum ex Verbi מָיַי Specie geminata מְיַמֵּן, cuius vtraque Jod mobilis in quietem concessit.

R. 110. Nomina vocalem longam habentia mutabilem in syllaba penultima, eam amittunt, succedente scheuate,

a. quando nova syllaba, accentum deducens, accedit, (*R.* 40. a.) vt גְּדוֹלָה *magna*, a גָּדוֹל; לְבָבִים *corda*, a לֵבָב.

b. quando illa in regimine collocantur; vt פְּקִיד הָעָם *praefectus populi*, a פָּקִיד; פְּנֵי אִישׁ *facies viri*, a פָּנִים; שַׂעַר רֹאשׁוֹ *pilus capitis eius*, a שֵׂעָר.

Sed vocalem immutabilem constanter seruant, et, priore in casu, fulciunt accentu euphonico; vt עֲרִיצִים *formidabiles*.

Vocales longae penultimae Nominum sunt immutabiles,

α. quando

*α.* quando vel explicite vel implicite in iis quieſcit litera radicalis; vt מוֹסָד *fundamentum*, a יָסַד, plurale habet מוֹסָדִים; a מֵישָׁר, vel מִישׁוֹר, *rectitudo*, quod eſt a יָשַׁר, plurale eſt מֵישָׁרִים, vel מִישֹׁרִים; a רָאשִׁים *capita*, quod a רֹאשׁ, in regimine eſt רָאשֵׁי; a קוֹמָה *ſtatura*, quod eſt a קוּם, fit קוֹמָתוֹ *ſtatura eius*; קָמָה *ſeges*, ab eodem קוּם, in regimine habet קָמַת, vt קָמַת רֵעֶךָ *ſeges ſocii tui*, *Deut.* 23, 26. ab עֵינַיִם *oculi*, ab עַיִן, eſt עֵינֵיכֶם *oculi veſtri*; a זֵעָה *ſudor*, quod a זֵיעַ, eſt in regimine זֵעַת, vt זֵעַת אַפֶּיךָ *ſudor facieī tuae*, *Gen.* 3, 19.

*β.* quando compenſant dageſch forte, ex litera ſequente omiſſum; vt a סָרִיס *eunuchus*, pro סַרִּיס, eſt סָרִיסִים; גֵּאוּת *tumor*, in regim. ſeruat Tſeri, vt גֵּאוּת הַיָּם *tumor maris*, quia eſt a גֵּאֶה *tumidus*, pro גֵּאֵה nomine formae חֵרֵשׁ, pro חֵרֵשׁ.

*γ.* quando conſtituunt notam characteriſticam Speciei, vnde Nomen deriuatum eſt; vt בָּגוֹד *perfidus*, habet fem. בָּגוֹדָה *perfida*, quia eſt a Specie Paahel, בָּגַד, pro בָּאַגַד; a שׁוּעָל *vulpes*, eſt plur. שׁוּעָלִים, quia venit a Specie Puuhal.

*δ.* quando conſtituunt notam characteriſticam formae, qua ea ab aliis formis dignoſcenda eſt; vt a forma פָּקֵד fit quidem plurale פְּקֵדִים, ſed a פּוֹקֵד fit פּוֹקְדִים, non פְּקֵדִים, vt ita maneat formarum diſcrimen. Hoc genus admodum late patet.

*ε.* quando pro ſchevate aſſumtae ſunt propter peculiarem euphoniae rationem; ſic אֵזוֹר *cingulum*, nomen formae

formae פְּקֹד, seruat Tseri in regimine, vt אֵזוֹר חֲלָצָיו *cingulum lumborum eius*, *Jes.* 5, 27. quia illam vocalem euphoniae causa pro schevate composito accepit. Vid. *not.* ad *R.* 49. b.

R. III. Nomina defectiua secunda radicali, quando noua syllaba augentur, vltimam radicalem per dagesch forte duplicant, et quae exeunt in vocalem longam, eam corripiunt in oppositam breuem, si accentus fuerit deductus, (*R.* 38.) vt a גַּן *hortus*, pro גָּנָן, est fem. גַּנָּה, plur. גַּנִּים, et, cum adfixo, גַּנַּי *hortus meus*; ab אַף *nasus*, pro אָנָף, est duale אַפַּיִם; a יָם *mare*, pro יָמָם, fit in plur. יַמִּים, et, cum adfixo, יַמֶּה *mare eius*, f. sed cum He paragogica, quae accentum non deducit, est יָמָּה *versus mare*.

Si vltima radicalis sit gutturalis, vel Resch, omissi dagesch compensatio fit vel explicita, vel implicita, (*R.* 39.) vt רָעִים *mali*, pro רַעִּים, a רַע; לָחִים *humidi*, pro לַחִּים, a לַח; הָרִים *montes*, pro הַרִּים, ab הָר.

Eandem legem sequuntur Nomina ex Specie Pihlel deriuata. Ea enim penultimam literam saepe elidunt, sed, accedente incremento finali, per dagesch compensant, vt a קָטָן *paruus*, pro קָטַנ, est plur. קְטַנִּים; ab אָדֹם *ruber*, pro אַדְמֹם, est אַדְמִים. Talia quoque sunt מִשְׁגָּב, vnde מִשְׁגַּבִּי *asylum meum*; מַטְעָם, vnde מַטְעַמִּים *cupediae*; אַשְׁמָן, vnde אַשְׁמַנִּים *valde pinguia*; &c. Similia vide *R.* 93. Ob vltimam gutturalem dagesch omissum etiam hic vel explicite, vel impli-

implicite, compensatur; vt מַחֲמָאוֹת *butyracea*, pro מַחֲמַאוֹת, cuius Kamets, cum sit immutabile, (*Reg. praec. not.* b.) ob regimen non tollitur in מַחֲמָאוֹת פִּיהוּ *butyracea oris eius*, *Pſ.* 55, 22. מִבְטַחִי *fiducia mea*, pro מִבְטַחִי, a מִבְטָח; vnde et eſt מִבְטַחָם *fiducia eorum*, pro מִבְטָחָם (*R.* 42. d.)

R. 112. Nomina in vocalem longam exeuntia, quando noua ſyllaba accedit, interdum, euphoniae cauſa, eam reſoluunt in breuem oppoſitam et dageſch, (*R.* 41. c.) vt a רַעֲנָן *patulus*, cuius fem. רַעֲנָנָה exſtat *Cant.* 1, 16. plurale eſt רַעֲנַנִּים, pro רַעֲנָנִים, *Pſ.* 92, 15. ab אָח *frater*, non tantum eſt plur. אָחִים, ſed et אַחִים, pro אֲחִים, vnde אַחֵינוּ *fratres noſtri*, אַחֵיהֶן *fratres eius*, quod pro אֲחֵיהוּ, ex אַחָיו, (*R.* 42. d.) ab אוֹתִי *veniens*, participio formae פּוֹקֵד, fit fem. אוֹתִיָּה, pro אוֹתִיָּה, vnde plur. אוֹתִיּוֹת *res venturae*; a נָקִי *purus*, *innocens*, eſt plur. נְקִיִּים, pro נְקִיִּים; a חַרְטֹם *praeſtigiator*, eſt plur. חַרְטֻמִּים, pro חַרְטֻמִּים; a רָאוּי *viſus*, eſt רְאִיָּה, vnde plur. רְאִיּוֹת, *Eſth.* 2, 9.

R. 113. In Kamets deſinentia Nomina, ſi ponantur in regimine, hanc vocalem corripere ſolent in oppoſitam breuem Patach; vt דְּבַר הַמֶּלֶךְ *verbum regis*, ex דָּבָר. Sed, accedente finali incremento, illam plerumque ſeruant; vt ab eodem דָּבָר fit דְּבָרוֹ *verbum eius*, et plur. דְּבָרִים *verba*.

a. Patach quoque pro Kamets ſubſtituitur, quando adfixa pronomina per ſcheva quieſcens accedunt; vt לְבַבְכֶם

לְבַבְכֶם *cor vestrum*, a לֵבָב. Sed דִּמְכֶם *sanguis vester*, *Gen.* 9, 5. non est a דָּם, sed a דַּם, formae בֵּן. Item יְדֵכֶם *manus vestra*, *Gen.* 9, 2. non est a יָד *manus*, sed a יַד.

b. Nonnunquam Kamets ob regimen non mutatur, sed manet; quod fit

α. in Nominibus quibusdam formae פָּקָד; vt שְׁאָר הָעִיר *residuum vrbis.*

β. si vltima radicalis Aleph in illo quiescat; vt מוֹצָא שִׂפְתַי *effatum labiorum meorum*, *Ps.* 89, 35.

γ. in deriuatis a Verbis media radicali quiescentibus; vt עַב טַל *nubes roris*, *Jes.* 18, 4. Eandem legem sequitur יָם *mare*, contractum ex יַמָּם, vt יָם הַמֶּלַח *mare salis*, *Deut.* 3, 17.

δ. in terminatione heemantica ם; vt אוּלָם הַשַּׁעַר *vestibulum portae*, *Ezech.* 40, 7.

ε. in terminatione feminina contracta ת; vt מָנַת כּוֹסָם *portio calicis eorum*, *Ps.* 16, 6.

c. Peculiare quid habent אָב *pater*, אָח *frater*, et חָם *socer*, quae tam in regimine, quam in adfixione, redeunt ad veteres formas, tertia radicali Jod integras, אָבִי, אָחִי, et חָמִי, quarum vocalis penultima obnoxia est mutationi, de qua dictum *R.* 110., vt אֲבִי הַנַּעֲרָה *pater puellae*; אֲחִי דָוִד *frater Dauidis*; אָבִיךָ *pater tuus*; אֲחִינוּ *frater noster*; חֲמִיהָ *socer eius*; אֲבִיכֶם *pater vester*; אֲחִיהֶם *frater eorum*; &c.

Solum adfixum Jod ad priores illas formas accedit, vt sit אָבִי *pater meus*, אָחִי *frater meus*, חָמִי *socer meus.* Vnde in regimine etiam אָב, אָח, et חָם, dici potuit; vt אָב הֲמוֹן *pater multitudinis*, *Gen.* 17, 4.

R. 114.

R. 114. In Tseri quae exeunt Nomina,

a. accedente finali incremento, plerumque eam vocalem amittunt; vt a פּוֹקֵד *inspiciens*, fit פּוֹקְדָה, פּוֹקְדוֹת, פּוֹקְדִים; ab עִוֵּר *coecus*, עִוֶּרֶת, עִוְרִים, עִוְרוֹת; a מִזְבֵּחַ *altare*, מִזְבְּחוֹ *altare eius*; &c.

Quaedam tamen formae, quales sunt פָּקֵד, פִּקֵּד, et מַפְקֵד, illam seruare solent; vt a רָעֵב *esuriens*, est רָעֵבָה, רְעֵבִים, רְעֵבוֹת; a שָׁכֵן *vicinus*, שְׁכֵנָה, שְׁכֵנִים, שְׁכֵנוֹת, et cum adfixo שְׁכֵנוֹ *vicinus eius*; a גֵּר *peregrinus*, pro גָּיוֹר, est גֵּרִים, et, cum adfixo, גֵּרְךָ *peregrinus tuus*; a זְאֵב *lupus*, זְאֵבִים; a כֶּרֶשׁ *venter*, כִּרְשׁוֹ; a מַקְהֵל *coetus*, מַקְהֲלִים; a מוֹסֵר *vinculum*, pro מַוְסֵר, est מוֹסְרָה, מוֹסְרִים, מוֹסְרוֹת.

α. Forma participialis פּוֹקֵד interdum etiam ipsa Tseri seruat, praesertim quando, per ellipsin, vsum accipit substantiuum, vt שׁוֹמֵמִים *desolati*, *Thren.* 1, 16. יוֹלֵדָה *femina parturiens*, *Ps.* 48, 7. בּוֹגֵדָה *praeuaricatrix*, *Jer.* 3, 8.

β. Monosyllaba, ducta a Verbis tertia He quiescentibus, seruare Tseri solent; vt ab עֵץ *lignum*, quod ab עֲצָה, est עֵצוֹ *lignum eius*, עֵצִים *ligna*.

Sed שֵׁם *nomen*, et בֵּן *filius*, in adfixione, ob frequentissimum vsum, Tseri amittunt; vt שְׁמוֹ *nomen eius*, בְּנוֹ *filius eius*: si scheua quiescens sequatur, pro Tseri ponitur Chirek, opposita breuis, vt שִׁמְךָ *nomen tuum*, בִּנְךָ *filius tuus*. In plurali autem prius habet שֵׁמוֹת, a שֵׁמָה, posterius בָּנִים, a בָּנָה.

b. in

b. in regimine, Tſeri vel manet; vel in oppoſitam breuem, Segol, aut Patach, rarius Chirek, corripitur; vt מַקֵּל שָׁקֵד *virga amygdali*, *Jer.* 1, 11. יְרֵא אֱלֹהִים *timens Dei*, a יָרֵא; אֲבֶל־אֵם *lugens matris*, *Pſ.* 35, 14. ab אָבֵל; מַקַּל לִבְנֶה *virga populi*, *Gen.* 30, 37. pro מַקֵּל; זְקַן בֵּיתוֹ *ſenior domus eius*, *Gen.* 24, 2. a. זָקֵן; בֵּן־לַיְלָה *filius noctis*, *Jon.* 4, 10. a בֵּן, quod et in בֶּן abit, vt בֶּן יָאִיר *filius Jaïri*, *Eſth.* 2, 5.

R. 115. Chirek longum quae in vltima ſyllaba habent Nomina, ſi deſinant in literam mobilem, in iſta vocali neque ob accedens finale incrementum, neque ob regimen, mutationem vllam patiuntur; vt a נָדִיב *ingenuus*, eſt fem. נְדִיבָה; ab עַתִּיק *antiquus*, plur. עַתִּיקִים; a פָּקִיד *praefectus*, in adfixione, פְּקִידוֹ *praefectus eius*; a קָדִים *oriens*, in paragoge, קָדִימָה *orientem verſus*; a חָצִיר *gramen*, in regimine, חֲצִיר גַּגּוֹת *gramen tectorum*.

Ea autem, quae non in literam mobilem, ſed in Jod quieſcentem, deſinunt, ob regimen quidem nihil mutationis etiam ipſa ſubeunt; vt a נָקִי *purus*, eſt נְקִי כַפַּיִם *purus manuum*.

Sed accedente finali incremento Jod quieſcentem in motum reuocare ſolent, eam duplicando per dageſch. Sic a פִּי *os*, pro פִּיְיְ, a פָּיַי, eſt fem. פִּיָּה, pro פִּיְיָה, vnde plur. פִּיּוֹת; ab אִי *inſula*, pro אִיְיְ, quod ab אָיַי, eſt plur. אִיִּים, pro אִיְיִים. Conf. *R.* 111.

A נָקִי *purus*, pro נָקִיי, eſt fem. נְקִיָּה, pro נְקִייָה, plur. נְקִיִּים, pro נְקִיִּיִים, נְקִיּוֹת, pro נְקִייוֹת. Conf. *R.* 82.

Ab

Ab עִבְרִי *Hebraeus*, eſt fem עִבְרִיָּה, plur. עִבְרִיִּים, עִבְרִיּוֹת; a תַּחְתִּי *inferior*, תַּחְתִּיָּה, תַּחְתִּיִּים, תַּחְתִּיּוֹת.

a. Altera forma feminina, in Tav exiens, ab עִבְרִי habere deberet עִבְרִית, quod in עִבְרִית contrahitur. Sic תַּחְתִּית, a תַּחְתִּי; רִאשִׁית, a רֵאשִׁי, &c.

b. Non infrequens etiam contractio eſt in terminatione pluralis maſculina; vt עִבְרִים *Hebraei*, pro עִבְרִיִּים; פִּים *ora*, pro פִּיִּם; יְדִעֹנִים *harioli*, pro יְדִעֹנִיִּים.

c. Similis contractio eſt in פִּי *os meum*, pro פִּיִּי; a ſimplici פִּי, quod ſeruat Jod quieſcentem etiam ante alia adfixa; vt פִּיו, vel פִּיהוּ, *os eius*; פִּיהֶם *os eorum*; &c.

d. In plurali maſculino pro poſteriore Jod nonnunquam Aleph ſubſtituta reperitur, ad molliorem pronuntiationem; vt עַרְבִיאִים *Arabes*, pro עַרְבִיִּים, 2. *Chron.* 17, 11. Sic הַגְרִיאִים 1 *Chron.* 5, 19. 20. pro הַגְרִיִּים.

e. De mutatione facta in Nominibus formae פִּקְוִי hic non agitur, ſed inferius, vbi de Segolatis.

R. 116. In Cholem deſinentia Nomina, in regimine ſemper, et accedente finali incremento plerumque, hanc vocalem ſeruant non mutatam; vt a גָּדוֹל *magnus*, in regimine eſt גְּדוֹל עֵצָה *magnus conſilii*; in adfixione, גְּדוֹלָם *magnus eorum*; in fem. גְּדוֹלָה, in plur. גְּדוֹלִים, גְּדוֹלוֹת; &c.

a. Pauca quaedam, ante incrementum finale, Cholem tolli patiuntur, ſubſtituto Schevate, quod, ad originis indicium, Chateph Kamets eſſe ſolet; vt a צִפּוֹר *auis*, eſt plur. צִפֳּרִים; a כְּתֹנֶת *tunica*, fem. כֻּתָּנָה, vnde כֻּתָּנוֹת; a קָדְקֹד *vertex*, in adfixione, קָדְקָדוֹ *vertex eius*.

*eius.* Sed ab Infinitiuo פְּקֹד cur, in adfixione, fiat פָּקְדִי, vel פְּקָדִי, dicetur inferius, vbi de Segolatis.

b. Aliqua, per anomaliam, pro Cholem in plurali Kamets ſubſtituere putantur; vt ab אֱנוֹשׁ *homo*, ducitur אֲנָשִׁים; a רֹאשׁ *caput*, רָאשִׁים; a יוֹם *dies*, יָמִים, et יָמוֹת. Sed haec pluralia potius deſcenderunt a veteribus formis ſingularibus אֱנָשׁ, רָאשׁ, pro רָאשׁ, יָמָה, et יָמָה. Poſtrema illa, יָמִים, et יָמוֹת, non eſſe contracta ex יוֹמִים et יוֹמוֹת, vt Cl. *Schultenſius* putauit, apparet ex forma, quam in regimine habent, יְמֵי, et יְמוֹת. (Conf. *R.* 110. a.)

R. 117. In Schurek exeuntia Nomina non aliam in hac vocali mutationem patiuntur, niſi quod pro ea interdum Kibbuts ſubſtituant, (*R.* 41. b.) vt a שָׁכוֹר *inebriatus*, eſt fem. שִׁכְרָה, pro שְׁכוֹרָה.

Terminatio feminina וֹת quid ſubeat mutationis in pluralis formatione, dictum eſt *R.* 106. b.

R. 118. Nomina exeuntia in Patach ob regimen non mutantur, exceptis iis, quae in Jod mobilem deſinunt. Haec enim pro Patach ſubſtituunt Tſeri, Jod quieſcente; vt גֵּי הַמֶּלַח *vallis ſalis*, ex גַּי.

Si alia Jod proxime ſequatur, nihil fit mutationis; vt חַי *vita*, alibi, ob regimen, abiens in חֵי, non mutatur in חֵי יְהוָה *vita Jehovae*; vt חַי־יְהוָה וְחֵי אֲדֹנִי הַמֶּלֶךְ *per vitam Jehouae, et per vitam domini mei, regis*, 2 *Sam.* 15, 21.

Sed

Sed quando illa accipiunt finale incrementum, aliqua mutatione opus est, (*R.* 35.)

a. Plerumque Patach in oppositam longam Kamets producunt; vt a שַׁד *vber*, quod a שָׁדָה, est duale שָׁדַיִם; ab אַרְבַּע *quatuor*, fem. אַרְבָּעָה, plur. אַרְבָּעִים.

Interdum hoc Kamets in vocalem breuem et Dagesch resoluitur, *R.* 41. c. vt הֲדַסִּים *myrti*, pro הֲדָסִים, ab הֲדַס.

b. Quaedam, Patach sublato, scheva substituunt; vt a בַּר *filius*, est בְּרִי *filius meus*, *Prov.* 31, 2.

c. Nomina defectiua vltimam literam per dagesch compensatiuum duplicant, *R.* 111. vt a קַל *leuis*, est fem. קַלָּה, *plur.* קַלִּים, קַלּוֹת.

Talia saepe pro Patach accipiunt Chirek; vt a מַד *mensura*, est plur. מִדִּים, fem. מִדָּה, plur. מִדּוֹת. Ratio indicabitur *Reg. seq.* vbi et mutatio, quam forma פִּקֵּד, ex פָּקַד orta, subit, exponetur. *vide infra p.* 152. *Ad hanc.*

R. 119. Nomina *Segolata* quaenam sint, ex *R.* 90. iam satis intelligi potuit. Nempe ita *proprie* dicuntur penacuta, quae in vltima syllaba vocalem breuem, plerumque Segol, interdum Patach, aut Chirek, in subsidium facilioris pronunciationis, assumserunt, (*R.* 46.) vt עֶבֶד *seruus*; סֵפֶר *liber*; קֹדֶשׁ *sanctitas*; אֶוֶן *vanitas*; פַּחַד *pauor*; בֶּצַע *lucrum*; רֹמַח *lancea*; פֹּעַל *actio*; עַיִן *oculus*.

Omnia haec Segolata sunt penacuta, quia accentus mansit in suo loco, neque, salua Nominum forma, ad

vltimam vocalem, quae tantum subsidiaria est, descendere potuit.

Sed latiore sensu, et *improprie*, Segolata etiam dicuntur,

a. quae formam Segolatorum originalem ita seruarunt, vt vocalem aliquam subsidiariam non assumserint, (*R.* 45.) vt נֵרְדְּ *nardus*; קֹשְׁטְ *veritas*.

b. quae concursum duarum consonantium in fine vocis vnam vocalem sequentium euitarunt per huius vocalis traiectionem, (*R.* 47.) vt גְּדֻלָּ *magnitudo*, pro גֹּדֶלְ, quod et in vicinam formam גֹּדֶל abiit; זֶרַעְ *semen*, pro זֶרַע, a quo etiam cognata forma זֶרַע originem duxit.

Ratio mutationum, quibus haec Nomina obnoxia sunt, vt distinctius intelligatur, in diuersas quasdam classes ea dispertiam.

α. *Primam* classem ea constituunt, quae neque vocalem subsidiariam assumserunt, neque etiam vocalis traiectionem passa sunt, sed eam formam, quae Segolatorum originalis est, seruarunt non mutatam.

De his, praeter leges de mutatione vocalium in praecedentibus expositas, perpauca obseruanda sunt.

א. Quae mediam Jod post Patach mobilem habent, in regimine mittunt eam in quietem; vt גֵּיא חֲרָרִי *vallis montis*, pro גַּיְא. Conf. *R.* 118.

ב. Pauca quaedam pluralem absolutum ex forma פַּעֲלִים mutuantur, ad morem, quem mox videbimus, aliorum Segolatorum; vt a נֵרְדְּ *nardus*, est נְרָדִים

נְרָדִים *Cant.* 4, 13. quasi a נֵרְד, pro נָרְדְּ, forma illi נָרְדְּ vicina; item חֲטָאִים *peccata*, *Eccles.* 10, 4. a חֵטְא; &c.

β. *Secunda* classis ea complectitur, quae, (*R.* 46. b. c. d.) subsidiarium Segol, aut Patach, assumserunt.

א. Ea, ob regimen, nullam patiuntur mutationem; vt סֵפֶר תּוֹרָה *liber legis*; אֹרַח חַיִּים *via vitae*.

Nomina numeralia שֶׁבַע *septem*, et תֵּשַׁע *nouem*, in regimine sibi substituunt שִׁבְעָ, et תִּשְׁעָ; quae, cum sint formae פִּקְדְ, in statu etiam absoluto admitti potuerunt, potissimum tamen in constructo vsurpata sunt, quia celerius pronunciari possunt, quam illa priora.

ב. Sed accedente finali incremento, quia cessat ratio, ob quam subsidiaria vocalis assumta fuerat, ea amissa resumunt formam pristinam, vnde, secundum *R.* 46, et 90 originem duxerant; ita tamen, vt vocales longae, si accentus ad finale incrementum descenderit, corripiendae sint in oppositas breues, Tseri in Segol aut Chirek, Cholem in Kamets Chatuph aut Kibbuts, ex *R.* 36. Pristinam formam resumunt,

1. in motione; vt מֶלֶךְ *rex*, pro מֶלְךְ, habet מַלְכָּה *regina*; פַּחַד *pauor*, pro פַּחְדָּה, פַּחְדְּ; נַעַר *puer*, pro נַעְרָ, נַעֲרָה; אֶבְרָ *ala*, pro אֶבְרְ, אֶבְרָה; אֵמֶר *dictio*, pro אֵמְרְ, אִמְרָה; חֶבְרָ *societas*, pro חֶבְרְ, חִבְרָה; כֶּבֶשׂ *agnus*, pro כִּבְשְׂ, כִּבְשָׂה; דֶּמַע *lacrima*, pro דִּמְעְ, דִּמְעָה; חָזָק *robur*, pro חָזְקְ, חָזְקָה; אֹרַח *via*, pro אָרְחְ, אָרְחָה; טָמֵא *immundities*, pro טָמְאְ, טָמְאָה.

2. in adfixione; vt a רֶגֶל *pes*, pro רַגְלוֹ, eſt רַגְלוֹ *pes eius*; et ſic porro: סַלְעוֹ, a סֶלַע *petra*, נַעֲרוֹ, pro נַעְרוֹ, a נַעַר *puer*; עֶדְרוֹ, ab עֵדֶר *grex*; סִפְרוֹ, a סֵפֶר *liber*; מִצְחוֹ, a מֵצַח *frons*; נֶכְדּוֹ, a נֶכֶד *nepos*; רִכְבּוֹ, a רֶכֶב *currus*; פִּשְׁעוֹ, a פֶּשַׁע *defectio*; גָּדְלוֹ, vel גִּדְלוֹ, a גֹּדֶל *magnitudo*; אָהֳלוֹ, pro אָהֳלוֹ, ab אֹהֶל *tentorium*, vnde et אָהֳלָהּ, pro אָהֳלָהּ, ex *R.* 50. c.

3. accedente He paragogica, quae accentum relinquit ſyllabae penultimae; vt אַרְצָה *terram verſus*, ab אֶרֶץ, pro אֶרְץ; atque ita שַׁעְרָה *portam verſus*, a שַׁעַר; קָדְמָה *orientem verſus*, a קֶדֶם; נֶגְבָּה *auſtrum verſus*, a נֶגֶב; פֶּתְחָה *portam verſus*, a פֶּתַח; חֹרְשָׁה *ſyluam verſus*, a חֹרֶשׁ; אָהֳלָה *tentorium verſus*, pro אָהֳלָה, ab אֹהֶל.

4. in duali; vt קַרְנַיִם *cornua*, a קֶרֶן, pro קַרְנָ; בִּרְכַּיִם *genua*, a בֶּרֶךְ, pro בָּרְכָ; אָזְנַיִם *aures*, ab אֹזֶן, pro אָזְנָ; &c.

5. Peculiare quid habent in plurali abſoluto, vbi conſtanter vſurpant formam maſculinam פְּקָדִים, et femininam פְּקָדוֹת. Ea mutuo ſumta eſt a forma vicina פְּקָדְ, tantoque vſu increbuit, vt, quaecunque ſit, in ſingulari, horum Segolatorum forma, in plurali abſoluto non alia adhibeatur. Sic a נֶפֶשׁ *anima*, pro נָפְשׁ, pluralis abſolutus non eſt נַפְשִׁים, et נַפְשׁוֹת, ſed נָפָשִׁים, et נְפָשׁוֹת, forma ducta a ſingulari נָפַשְׁ, quod, per vocalis traiectionem,

nem, etiam ipsum ex נֶפֶשׁ ortum, olim vsitatum fuit. Similiter a נַעַל *calceus*, est נְעָלִים, et נְעָלוֹת; a חֶבֶל *dolor*, חֲבָלִים; a סֵפֶר *liber*, סְפָרִים; a קֶבֶר *sepulcrum*, קְבָרִים, et קְבָרוֹת; a זֶבַח *sacrificium*, זְבָחִים, et זְבָחוֹת; a קֹדֶשׁ *sanctitas*, קְדָשִׁים; a רֹמַח *lancea*, רְמָחִים; &c.

Pauca quaedam in plurali absoluto eandem formam vsurpant, quam in aliis incrementis finalibus, vt ab עֶשֶׂר *decem*, est עֶשְׂרִים *viginti*; a שֶׁבַע *septem*, שִׁבְעִים *septuaginta*; a תֵּשַׁע *nouem*, תִּשְׁעִים *nonaginta*. Similiter a quadrilitero פִּלֶגֶשׁ *concubina*, vt in adfixione est פִּלַגְשׁוֹ, ita et in plurali absoluto פִּלַגְשִׁים.

ד. In plurali constructo, vbi forma illa פִּקְדֵי et פִּקְדוֹת, propter penultimum Kamets, admitti nequit, *R.* 110. redeunt ad eandem formam, quam in singulari, finale incrementum accipiente, habuerunt. Sic, vti a נֶפֶשׁ, in adfixione, est נַפְשׁוֹ *anima eius*, ita quoque נַפְשֵׁי redit ad נַפְשִׁים, et נַפְשׁוֹת ad נַפְשׁוֹת. Pari ratione נַעֲלֵי redit ad נַעֲלַי, נַעֲלוֹת ad נַעֲלוֹת; חַבְלֵי ad חַבְלַי; סִפְרֵי ad סִפְרַי; קִבְרֵי ad קִבְרַי, et קִבְרוֹת ad קִבְרוֹת; זִבְחֵי ad זִבְחַי, et זִבְחוֹת ad זִבְחוֹת; קִדְשֵׁי ad קִדְשַׁי; רִמְחֵי ad רִמְחַי; &c.

Idem hoc faciunt, quoties, accedente pronomine adfixo, Kamets formae פִּקְדֵי et פִּקְדוֹת in loco antepenultimo ab accentu tonico poneretur, quod non patitur *Regula* 40. a. Sic a זִבְחֵי est

quidem זְבָחֵינוּ, non autem זְבָחֵיהֶם, ſed זִבְחֵיהֶם; a זְבָחוֹת eſt זִבְחוֹתָם, non זְבָחוֹתָם; a מְלָכִים, מַלְכֵיהֶם, non מְלָכֵיהֶם; a רְמָחִים, רָמְחֵיהֶם, non רְמָחֵיהֶם; atque ita in reliquis.

Ad hanc Segolatorum claſſem pertinet forma contracta plurium Nominum ſecunda radicali defectiuorum, quam et ſupra attigi, *not.* ad *R.* 46. c. Talis e. c. eſt in מַד *menſura*, contracto ex מֶדֶד, cuius forma originalis fuit מִדְדְ, vt בֶּגֶד ex בִּגְדְ ortum eſt. Quare, accedente finali incremento, ſemper eo reditur, et Chirek, primigenia vocalis, reſumitur. Ita ab illo מַד in motione eſt מִדָּה, in adfixione מִדּוֹ, in plur. מִדִּים. Eandem normam ſequuntur סַף *limen*; חַת *terror*; מַס *tributum*; פַּת *fruſtum*; צַד *latus*; גַּת *torcular*; et alia quaedam. Simili ratione a כַּרְמֶל *aruum*, contracto ex כַּרְמֶלֶל, fit כַּרְמִלּוֹ *aruum eius*.

γ. Ad *tertiam* claſſem ea refero, quae, mediam Vav aut Jod habentia, ſubſidiariam vocalem Segol aut Chirek aſſumſerunt, R. 46. e. vt ſint formae פָּוֶד, pro פָּוְדְ, ex פַּוְדְ, et פַּיִד pro פַּיְדְ.

א. Ea in regimine, motione, adfixione, duali, et plurali, ita redeunt ad formam priſtinam, vt, ſubſidiaria vocali abiecta, mittant literas Vav et Jod in quietem per vocales opportunas, atque ſic forma פָּוֶד abeat in פּוֹד, pro פַּוְדְ, et altera פַּיִד in פֵּיד, vel פִּיד, pro פַּיְדְ.

Ita, in forma פָּוֶד, a תָּוֶךְ *medium*, in regimine eſt תּוֹךְ, vt תּוֹךְ הַיָּם *medium maris*; ab עָוֶל *iniquitas*, in motione, עוֹלָה; ab אָוֶן *vanitas*, in adfixione, אוֹנָם; a מָוֶת *mors*, in plurali, מוֹתִים.

In

In altera forma, פַּיִד, a בַּיִת *domus*, in regimine est בֵּית, vt בֵּית הַמֶּלֶךְ *domus regis*; a צַיִד *venatio*, in motione, צֵידָה; a יַיִן *vinum*, in adfixione, יֵינִי, et a שַׁיִת *vepres*, שִׁיתוֹ; ab עַיִן *oculus*, in duali, עֵינַיִם; a זַיִת *olea*, in plurali, זֵיתִים.

Sed בַּיִת *domus*, in plur. habet בָּתִּים, forma ducta ab obsoleto כֹּת, quod a בָּתַת descendit. Id cum בָּיַת, a quo est בַּיִת, cognationem quandam, et communem significationem, habuisse videtur.

ב. Accedente He paragogica, quae accentum non deducit, Vav et Jod, motum suum seruantes, scheva quiescens recipiunt; vt מָוְתָה *mortem versus*, a מָוֶת; בַּיְתָה *domum versus*, a בַּיִת.

ג. In plurali absoluto interdum, Vav et Jod motum suum seruantibus, eadem forma פְּקָדִים, et פְּקָדוֹת, adhibetur, quae in Segolatis classis superioris; vt ab עָוֶר *asinus*, est עֲוָרִים, vt a cognato עַיִר, עֲיָרִים; a חַיִל *copia*, חֲיָלִים; ab עַיִן *fons*, עֲיָנוֹת.

Huc pertinent pluralia, quae vulgo a singularibus media Vav quiescentibus deducuntur; vt שְׁוָרִים *boues*, *Hos.* 12, 12. quod refertur ad שׁוֹר, proprie est a שְׁוַר, pro שַׁוְרְ, quod שַׁוְרְ, vel, per motum, in שָׁוֶר, vel, per quietem, in שׁוֹר, abiit. Similia sunt, חֲוָחִים *spinae*, quod et, per quietem, חוֹחִים a חוֹחַ; שְׁוָקִים *plateae*, quod et, alia forma, שׁוּקִים efferri potuit; a שׁוּק; דְּוָדִים *ollae*, pro quo et דּוּדִים reperitur, a דּוּד; &c.

Simile forte est עֲיָרִים *vrbes*, *Jud.* 10, 4. quod ad עִיר *vrbs*, refertur. Sed pro eo potius עָרִים legendum videtur, vt alibi semper. Haec autem forma non ducta est ab עִיר, sed ab עָר, contracto ex עָיָר.

δ. *Quartam* denique classem efficiunt, quae, ad euitandum concursum duarum consonantium vnam vocalem sequentium, passa sunt vocalis traiectionem, (*R.* 47.) Talia sunt Nomina formae פְּקֹד, פְּקֵד, פְּקֶד, פְּקֹד, et omnia ea, quae formam פְּקִי habent.

Haec, accedente finali incremento, vel redeunt ad formam pristinam, vel traiectam vocalem in suo loco relinquunt.

א. ad formam pristinam redeunt,

1. in motione; vt ab אֲלִי, pro אַלְיְ, est אַלְיָה *cauda*; a שְׁאֵר, pro שֵׁאֵר, שַׁאֲרָה *caro*, pro שִׁאְרָה; a שְׁכֶם, pro שִׁכְמְ, שִׁכְמָה *humerus*; a שְׁבִי, pro שִׁבְיְ, שִׁבְיָה *captiuitas*; a חֲלִי, pro חֶלְיְ, חֶלְיָה *ornatus*; ab אֲשִׁי, pro אֹשְׁיְ, אֹשְׁיָה *fundamentum*.

2. in adfixione; vt a חֲצִי, pro חֵצְיְ, חֶצְיוֹ *dimidium eius*; a מְרִי, pro מֶרְיְ, מֶרְיְךָ *rebellio tua*; a דְּבַשׁ, pro דִּבְשְׁ, דִּבְשִׁי *mel meum*; a פְּרִי, pro פִּרְיְ, פִּרְיוֹ *fructus eius*; a גְּדֹל, pro גֹּדְלְ, גָּדְלוֹ, vel גֻּדְלוֹ, *magnitudo eius*; a חֲלִי, pro חֹלְיְ, חָלְיוֹ *morbus eius*.

Hinc ratio repetenda est, cur Infinitiuus פְּקֹד in adfixione non habeat פְּקֹדִי, sed פָּקְדִי, vel פֻּקְדִי, quod arguit veterem formam פֹּקְדְ. (Conf. R. 139. a.) Cum quibusdam adfixis

adfixis gemina forma vſurpatur; vt פְּקָדְךָ a פְּקֹד, et פָּקְדְךָ a פֹּקֵד. Similiter Infinitiuus פְּקַד in adfixione tranſit in veterem formam פַּקְדְ aut פִּקְדְ; vt רַקְעֲךָ *calcare tuum*, vel *calcatio tua*, et מַחְאֲךָ *percutere tuum*, vel *percuſſio tua*, *Ezech.* 25, 6. a רְקַע, et מְחָא, pro מְחַא; פִּתְחוֹ *aperire eius*, *Neh.* 8, 5. et נִפְלוֹ *cadere eius*, 2 *Sam.* 1, 10. a. פְּתַח, et נְפַל; &c.

3. in duali; vt דָּלְיַיִם *binae ſitulae*, a דֳּלִי, pro דֹּלְיְ.

4. nonnunquam in plurali abſoluto; vt שַׁלְוִים vulgo *coturnices*, a שְׁלַו, pro שַׁלְוְ.

Sed frequentius in plurali conſtructo; vt אַגְמֵי *ſtagna*, ab אֲגַם, pro אַגְמְ; בֶּאֱרוֹת *putei*, pro בֶּאֱרוֹת, a בְּאֵר, pro בֵּאֵרְ; סִבְכֵי *perplexitates*, a סְבַךְ, pro סִבְךְ.

ב, vocalem traiectam in ſuo loco relinquunt

1. pluralia abſoluta formae ſingularis פְּקַד, quae Patach in Kamets producunt, (*R.* 118. a.) vt אֲגָמִים *ſtagna*, ab אֲגַם; סְבָכִים *perplexitates*, a סְבַךְ; &c. Haec eſt forma illa פְּקָדִים, femininam habens פְּקָדוֹת, quam Nomina proprie dicta Segolata a פְּקַד quaſi mutuo accepiſſe, antea iam dictum eſt.

Eandem formam פְּקָדִים vſurpant omnia Nomina formae פְּקִי; vt אֲרָיִים *leones*, ab אֲרִי; חֳלָיִים *morbi*, a חֳלִי; גְּדָיִים *hoedi*, a גְּדִי, vnde et in regimine eſt גְּדָיֵי, *Gen.* 27, 9. 16.

1. In

1. In his, pro Jod mobili, interdum Aleph substituitur, ad suauiorem pronunciationem; vt חֲלָאִים *monilia*, *Cant.* 7, 2. pro חֲלָיִים, צְבָאִים *capreae*, 1 *Chron.* 12, 8. pro צְבָיִים; &c.

2. Excipiendum est כְּלִי *vas*, pluralem vsurpans כֵּלִים, in regimine, כְּלֵי, ductum ab obsoleto singulari כֵּל, a כָּלָה, vt בֵּן, a בָּנָה. Similia fuerunt מֵעַ, a מֵעָה, vnde מֵעִים *viscera*, in regim. מְעֵי; et לֵחַ, a לְחָיָה, vnde duale, לְחָיִם, a quo est לְחֵיהֶם *maxillae eorum*, *Hos.* 11, 4.

2. dualia quaedam absoluta, ab eadem forma פֶּקֶד, ad normam pluralium, venientia; vt דְּרָכִים *duae viae*, *biuium*, a דֶּרֶךְ, i. q. דֶּרֶךְ; קְרָנַיִם *duo cornua*, a קֶרֶן, i. q. קֶרֶן; לְחָיַיִם *ambae maxillae*, quasi a לְחַי, i. q. לְחִי, vnde et in regimine est לְחָיֵי, *Jes.* 30, 28.

3. Nomina quaedam formae פֶּקֶד, pro פֶּקֶד, vt כְּאֵבִי *moeror meus*, a כְּאֵב; בְּאֵרוֹת *putei*, a בְּאֵר.

4. Nomina quaedam formae פִּקֵּי, quando adfixa syllabica accipiunt; vt פִּרְיָהֶם *fructus eorum*, quod frequentius est פִּרְיָם.

R. 120. a. Segolatis accensenda quoque sunt Nomina feminina penacuta in Tav seruilem desinentia, de quibus dictum est *R.* 97. Ea enim, accedente finali incremento, eandem, quam illa, legem sequuntur; vt a מַמְלֶכֶת *regnum*, in adfixione est מַמְלַכְתּוֹ; ab אַרְבַּעַת *quaternio*, τετρὰς, אַרְבַּעְתָּם, et in duali אַרְבַּעְתַּיִם *quadruplum*; ab אִשָּׁת *femina*, *vxor*,

*vxor;* אִשְׁתְּךָ, et אֶשְׁתְּךָ; a גְּבֶרֶת *hera*, גְּבִרְתִּי; a שְׁכֶנֶת *vicina*, שְׁכֶנְתָּהּ; a בֹּשֶׁת *pudor*, בָּשְׁתְּךָ; a כֻּתֹּנֶת *tunica*, כֻּתָּנְתִּי; a מַשְׂכֹּרֶת *merces*, מַשְׂכֻּרְתֵּךְ. Item ab אֱמֶת *veritas*, contracto ex אֱמֶנֶת, vel אֲמֶנֶת, est אֲמִתּוֹ, pro אֲמִנְתּוֹ; a בַּת *filia*, contracto ex בֶּנֶת, בִּתּוֹ, pro בִּנְתּוֹ.

b. Par ratio est Infinitiuorum eandem terminationem habentium, quando pronomen adfixum accipiunt; vt a רֶדֶת *descendere*, fit רִדְתּוֹ; a לֶכֶת *ire*, לֶכְתּוֹ; a קַחַת, et קְחַת, *accipere*, קַחְתִּי; a תֵּת, pro תֶּנֶת, *dare*, תִּתִּי, pro תִּנְתִּי; a צַדֶּקֶת *iustum reddere*, צַדֶּקְתֵּךְ; &c.

c. Nomina terminationis Segolatae, quae in plurali Tav seruilem seruant, superius *R.* 106. indicata, pluralem absolutum habent formae פְּקָדוֹת, pro more Segolatorum; vt דְּלָתוֹת a דֶּלֶת; שְׂפָתוֹת a שֶׂפֶת; &c. Sed in regimine inde est, item pro Segolatorum norma, דַּלְתּוֹת, שִׂפְתּוֹת; in adfixione, דַּלְתּוֹתָיו, שִׂפְתּוֹתָיו, &c.

R. 121. Vltimo loco adhuc obseruandum est id, quod peculiare habent Nomina feminina, in He seruilem desinentia, atque a Segolatis masculinis per motionem deriuata, quae, (*R.* 90.) sunt formarum פַּקְדָּה, פִּקְדָּה, פֶּקְדָּה, פָּקְדָּה, et פֻּקְדָּה. Quaecunque enim eorum perfecta sunt, neque literam radicalem deficientem aut quiescentem habent, pluralem absolutum ducunt a plurali absoluto פְּקָדִים Segolatorum masculinorum, adeoque omnia

omnia eum habent formae פְּקֻדוֹת. Sic ab עַלְמָה *virgo*, quod ab עֶלֶם *adoleſcens*, eſt עַלְמוֹת; ab אִמְרָה *dictio*, quod ab אֵמֶר, אֲמָרוֹת; a חֶרְפָּה *opprobrium*, quod a חֶרֶף, חֲרָפוֹת; a כִּבְשָׂה *agna*, quod a כֶּבֶשׂ, כְּבָשׂוֹת; a חָרְבָּה *vaſtitas*, quod a חֹרֶב, חֳרָבוֹת; a טֻמְאָה *impuritas*, quod a טָמֵא, טֻמְאוֹת.

Sed in plurali conſtructo redeunt ad eam formam, quam in ſingulari habuerunt; vt עַלְמוֹת; אִמְרוֹת; חֶרְפוֹת; כִּבְשׂוֹת; חָרְבוֹת; טֻמְאוֹת.

Idem faciunt in adfixione; vt עַלְמוֹתָיו; אִמְרוֹתָיו; חֶרְפוֹתָיו; &c.

R. 122. Nomina Numeralia ſunt

a. *Cardinalia*, quae omnia ſunt ſubſtantiua; partim admittentia flexionem ex maſculino genere in femininum, partim communis generis; et cum aliis Nominibus vel per appoſitionem in ſtatu abſoluto, vel per regimen in conſtructo, coniungenda. Sunt illa vel ſimplicia, vel ex ſimplicibus compoſita. Tabella ſimplicium haec eſt:

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Vnum.* maſc. | אֶחָד | fem. | אַחַת |
| conſtr. | אַחַד | | — |
| *Duo.* | שְׁנַיִם | | שְׁתַּיִם |
| conſtr. | שְׁנֵי | | שְׁתֵּי |
| *Tria.* | שָׁלֹשׁ | | שְׁלֹשָׁה |
| conſtr. | שְׁלֹשׁ | | שְׁלֹשֶׁת |
| *Quatuor.* | אַרְבַּע | | אַרְבָּעָה |
| conſtr. | — | | אַרְבַּעַת |

*Quinque.*

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| *Quinque.* | masc. | חָמֵשׁ | fem. | חֲמִשָּׁה |
| constr. | | חֲמֵשׁ | | חֲמֵשֶׁת |
| *Sex.* | | שֵׁשׁ | | שִׁשָּׁה |
| constr. | | — | | שֵׁשֶׁת |
| *Septem.* | | שֶׁבַע | | שִׁבְעָה |
| constr. | | שְׁבַע | | שִׁבְעַת |
| *Octo.* | | שְׁמֹנֶה | | שְׁמֹנָה |
| constr. | | — | | שְׁמֹנַת |
| *Nouem.* | | תֵּשַׁע | | תִּשְׁעָה |
| constr. | | תְּשַׁע | | תִּשְׁעַת |
| *Decem.* | | עָשָׂר | | עֲשָׂרָה |
| עֶשֶׂר | | עֶשְׂרֵה | | |
| constr. | | — | | עֲשֶׂרֶת |
| *Viginti.* | | עֶשְׂרִים | comm. | |
| *Triginta.* | | שְׁלֹשִׁים | | |
| *Quadraginta.* | | אַרְבָּעִים | | |
| *Quinquaginta.* | | חֲמִשִּׁים | | |
| *Sexaginta.* | | שִׁשִּׁים | | |
| *Septuaginta.* | | שִׁבְעִים | | |
| *Octoginta.* | | שְׁמֹנִים | | |
| *Nonaginta.* | | תִּשְׁעִים | | |
| *Centum.* | | מֵאָה, | constr. מְאַת | |
| *Ducenta.* | | מָאתַיִם, | pro מֵאָתַיִם | |
| *Mille.* | | אֶלֶף | | |
| *Duo millia.* | | אַלְפַּיִם | | |

*Decem*

*Decem millia.* רִבָּבָה, vel רִבּוֹא, רִבּוֹן, רִבְאָה, רִבּוֹת.

Ex his reliqua componuntur; vt

| | masc. | fem. |
|---|---|---|
| *Vndecim.* | אַחַד עָשָׂר | אַחַת עֶשְׂרֵה |
| vel | עַשְׁתֵּי עָשָׂר | עַשְׁתֵּי עֶשְׂרֵה |
| *Duodecim.* | שְׁנֵי עָשָׂר | שְׁתֵּי עֶשְׂרֵה |
| vel | שְׁנֵים עָשָׂר | שְׁתֵּים עֶשְׂרֵה |
| *Tredecim.* | שְׁלֹשָׁה עָשָׂר | שְׁלֹשׁ עֶשְׂרֵה |
| *Quatuordecim.* | אַרְבָּעָה עָשָׂר | אַרְבַּע עֶשְׂרֵה |
| *Quindecim.* | חֲמִשָּׁה עָשָׂר | חֲמֵשׁ עֶשְׂרֵה |
| *Sedecim.* | שִׁשָּׁה עָשָׂר | שֵׁשׁ עֶשְׂרֵה |
| *Septendecim.* | שִׁבְעָה עָשָׂר | שִׁבַּע עֶשְׂרֵה |
| *Octodecim.* | שְׁמֹנָה עָשָׂר | שְׁמֹנֶה עֶשְׂרֵה |
| *Nouendecim.* | תִּשְׁעָה עָשָׂר | תִּשַׁע עֶשְׂרֵה |

| | | |
|---|---|---|
| *Viginti vnum.* | וְעֶשְׂרִים | אֶחָד m. / אַחַת f. |
| *Viginti duo.* | וְעֶשְׂרִים | שְׁנַיִם m. / שְׁתַּיִם f. |
| *Triginta tria.* | וּשְׁלֹשִׁים | שְׁלֹשָׁה m. / שָׁלֹשׁ f. |
| *Quadraginta quatuor.* | וְאַרְבָּעִים | אַרְבָּעָה m. / אַרְבַּע f. |
| *Quinquaginta quinque.* | וַחֲמִשִּׁים | חֲמִשָּׁה m. / חָמֵשׁ f. |

*Sexaginta*

| | | |
|---|---|---|
| *Sexaginta sex.* | וְשִׁשִּׁים | שִׁשָּׁה m. / שֵׁשׁ f. |
| *Septuaginta septem.* | וְשִׁבְעִים | שִׁבְעָה m. / שֶׁבַע f. |
| *Octoginta octo.* | וּשְׁמֹנִים | שְׁמֹנָה m. / שְׁמֹנֶה f. |
| *Nonaginta nouem.* | וְתִשְׁעִים | תִּשְׁעָה m. / תֵּשַׁע f. |
| *Trecenta.* | שְׁלֹשׁ מֵאוֹת | comm. |
| *Quadringenta.* | אַרְבַּע מֵאוֹת | |
| *Quingenta.* | חֲמֵשׁ מֵאוֹת | |
| *Tria millia.* | שְׁלֹשֶׁת אֲלָפִים | |
| *Quatuor millia.* | אַרְבַּעַת אֲלָפִים | |
| *Quinque millia.* | חֲמֵשֶׁת אֲלָפִים | |
| *Viginti millia.* | שְׁתֵּי רִבּוֹת | |
| vel | עֶשְׂרִים אֶלֶף | |
| *Centum millia.* | עֶשֶׂר רִבּוֹת | |
| vel | מֵאָה אֶלֶף, | vel מְאַת |
| *Sexcenta millia.* | שֵׁשׁ מֵאוֹת אֶלֶף, | &c. |

Numeri ope particulae copulatiuae compositi ita quoque coniungi possunt, vt maior minorem praecedat; vt שִׁבְעִים וְשִׁשָּׁה *septuaginta septem*; תִּשְׁעִים וְשִׁשָּׁה *nonaginta sex*; *Esr.* 8, 35. &c.

b. *Ordinalia*, quae sunt adiectiua, sunt a *primo* vsque ad *decimum*. Ea haec sunt:

*Primus.* רִאשׁוֹן fem. רִאשׁוֹנָה *Secundus.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Secundus.* | שֵׁנִי | fem. | שֵׁנִית |
| *Tertius.* | שְׁלִישִׁי | | שְׁלִישִׁית |
| *Quartus.* | רְבִיעִי | | רְבִיעִית |
| *Quintus.* | חֲמִישִׁי | | חֲמִישִׁית |
| *Sextus.* | שִׁשִּׁי | | שִׁשִּׁית |
| *Septimus.* | שְׁבִיעִי | | שְׁבִיעִית |
| *Octauus.* | שְׁמִינִי | | שְׁמִינִית |
| *Nonus.* | תְּשִׁיעִי | | תְּשִׁיעִית |
| *Decimus.* | עֲשִׂירִי | | עֲשִׂירִית |

Loco reliquorum Ordinalium vſurpantur Cardinalia; vt הַשָּׁנָה הָאַחַת עֶשְׂרֵה *annus vndecimus*; שִׁבְעָה עָשָׂר יוֹם *decimus ſeptimus dies.*

Ita et אֶחָד *vnus*, ſaepe pro *primo* ſumitur. Occurrit etiam שְׁנַת שְׁתַּיִם *annus duorum*, pro *ſecundo*; שְׁנַת שֶׁבַע *annus ſeptem*, pro *ſeptimo*. Eſt haec loquutio elliptica, quae plenior exſtat *Lev.* 25, 10. 11. שְׁנַת הַחֲמִשִּׁים שָׁנָה *annus*, ſcil. vltimus, *quinquagintа annorum*, i. e. *quinquageſimus*; et *Gen.* 7, 11. בִּשְׁנַת שֵׁשׁ־מֵאוֹת שָׁנָה *in anno* vltimo *ſexcentorum annorum*, i. e. *ſexcenteſimo.*

c. *Diſtributiua*, quae per Cardinalia geminata exprimuntur; vt שְׁנַיִם שְׁנַיִם *duo duo*, i. e. *bina*; חֲמִשִּׁים חֲמִשִּׁים אִישׁ *quinquaginta quinquaginta viri*, i. e. *quinquageni.*

d. *Proportionalia*, quae per dualem Cardinalium efferuntur; vt אַרְבָּעָתַיִם *quadruplum*; שִׁבְעָתַיִם *ſeptuplum.*

SECTIO

## *SECTIO VIII.* DE PRONOMINE.

R. 123. Tertia pars orationis, dicta *Particula*, continet omnia ea, quae neque Verbum sunt, neque Nomen, adeoque *Pronomina*, *Aduerbia*, *Coniunctiones*, *Praepositiones*, *Interiectiones*.

R. 124. Pronomina diuiduntur in *separata* et *inseparabilia*. *Separata* sunt quatuor classium, *Personalia*, *Demonstratiua*, *Relatiua*, et *Interrogatiua*.

R. 125. Pronomina *personalia* sunt trium personarum, primae, secundae, tertiae; et numeri vel singularis, vel pluralis. Discrimen etiam generis exprimunt ea, quae sunt personae secundae et tertiae. Sed quae primam personam indicant, sunt generis communis. Tabella haec est:

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 1 *Pers.* | *Sing.* | *Comm.* | אֲנִי vel אָנֹכִי | | *Ego.* |
| | *Plur.* | *Comm.* | אֲנַחְנוּ vel נַחְנוּ | | *Nos.* |
| 2. *Pers.* | *Sing.* | *Masc.* | אַתָּה vel אַתְּ | | *Tu.* |
| | | *Fem.* | אַתְּ | | |
| | *Plur.* | *Masc.* | אַתֶּם | | *Vos.* |
| | | *Fem.* | אַתֶּן vel אַתֵּנָה | | |
| 3. *Pers.* | *Sing.* | *Masc.* | הוּא | | *Ipse.* |
| | | *Fem.* | הִיא | | *Ipsa.* |
| | *Plur.* | *Masc.* | הֵם vel הֵמָּה | | *Ipsi.* |
| | | *Fem.* | הֵן vel הֵנָּה | | *Ipsae.* |

a. Pro אַתְּ *tu* f. compluribus in locis scribitur אָתִי, cum Jod otiante, vt *Jud.* 17, 2. *Jer.* 4, 30. 1 *Reg.* 14, 2. &c. Veteres dixerunt אָתִי pro אַתְּ הִיא *tu ipsa*; quod cum deinde extra vsum abiisset, Masore-

thae literam Jod noluerunt quidem omittere, ſed, ne pronunciaretur, in otio poſuerunt. Conf. quae ſupra notata ſunt *R.* 61.

b. Peculiare quid accidit pronominibus הוּא, *ipſe*, et הִיא *ipſa*. Pro priore enim interdum הִיא, legendum vt הוּא, et pro poſteriore frequenter, praeſertim in Pentateucho, הִוא, vt הִיא legendum, ſcribitur. Huius anomaliae quaenam ſit ratio, variae ſunt virorum doctorum ſententiae, de quibus hic non eſt diſputandi locus.

R. 126. *Demonſtratiua* ſunt

| | | |
|---|---|---|
| *Sing.* | *Maſc.* | זֶה, לָזֶה, הַלָּזֶה, *hic; ille.* |
| | *Fem.* | זֹה, זוֹ, זֹאת, הַלֵּזוּ, *haec; illa.* |
| | *Comm.* | זוּ, הַלָּז, *hic, haec; ille, illa.* |
| *Plur.* | *Comm.* | אֵל, הָאֵל, אֵלֶּה, *hi, hae; illi, illae.* |

R. 127. *Relatiuum*, proprie ſic dictum, vnum eſt, idque vtriusque generis et numeri, אֲשֶׁר *qui, quae.*

Vſum tamen relatiuum, per huius אֲשֶׁר ellipſin, accipiunt quoque demonſtratiua זֶה, זוֹ, et זוּ; vt עַם־זוּ קָנִיתָ *populus hic*, quem *acquiſiuiſti*, *Exod.* 15, 16. pro אֲשֶׁר קָנִיתָ.

R. 128. *Interrogatiua* duo ſunt, vtriusque generis et numeri; alterum de *perſona*, מִי *quis? quae?* alterum de *re*, מָה, vel מֶה, *quid?*

Hoc מָה abit in מַה, ſi, intercedente makkaph, ſequatur dageſch forte euphonicum; interdum etiam cum ſequente voce coaleſcit. (Conf. *R.* 29.)

R. 129.

R. 129. *Pronomina inſeparabilia* ſunt, quae et *adfixa* dicuntur, quia ad finem aliarum vocum ita adfiguntur, vt cum iis coaleſcant. Ea, a perſonalibus ſeparatis orta, etiam ipſa ſunt perſonalia, atque perſonam vel primam, vel ſecundam, vel tertiam, deſignant, pro diuerſo numero et genere; niſi quod ea, quae ſunt primae perſonae, ſemper ſint generis communis.

Diuiduntur in *Syllabica*, quae per ſe conſtituunt ſyllabam; et *Aſyllaba*, quae cum vltima vocis, cui accedunt, litera in vnam ſyllabam coniunguntur. Tabella haec eſt:

| | | | | *Syllab.* | | *Aſyll.* |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 1. *Perſ.* | *Sing.* | *Comm.* | | נִי | et | נ |
| | *Plur.* | | | נוּ | | |
| 2. *Perſ.* | *Sing.* | *Maſc.* | | ךָ | | |
| | | *Fem.* | | כִי | et | ךָ, vel כִי |
| | *Plur.* | *Maſc.* | | כֶם | | |
| | | *Fem.* | | כֶן | | |
| 3 *Perſ.* | *Sing.* | *Maſc.* | | הוּ | et | וֹ |
| | | *Fem.* | | הָ | et | ה |
| | *Plur.* | *Maſc.* | | הֶם, | הֵם, | מוֹ, et ם |
| | | *Fem.* | | הֶן, | הֵן, | et ן |

Accedunt haec adfixa ad quascunque orationis partes, Verba, Nomina, et Particulas; ita tamen, vt aliis in locis potius ſyllabica, in aliis aſyllaba, adhibeantur.

Ita cum Verbis quidem, nec non Particulis quibusdam, נִי; ſed cum Nominibus fere ſolum נ, coniungitur.

gitur. הוּ ad Verba saepe, ad Nomina rarius, accedit. הֶם et הֶן Verbis fere nunquam adduntur. כִי, vnde Jod missa in otium, ortum est כְּ, rarioris vsus est, et perpaucis in locis, per archaismum quendam, remansit. מוֹ non adhiberi solet, nisi in stilo sublimiore et poëtico.

R. 130. Adfixa pronomina, vt vocibus, ad quas accedunt, apte adhaereant, plerumque vocalem, cuius ope adnectantur, sibi praemittunt; vt צָרָם *hostis eorum*, a צָר; תַּמְשִׁילֵהוּ *facies dominari eum*, a תַּמְשִׁיל. Quaedam syllabica solum scheva sibi praemittunt; vt צָרְךָ *hostis tuus*. Ea vocalis, vel scheva, cuius interuentu fit connexio adfixi cum voce, *punctum adglutinationis* vocari solet.

Si vox desinat in vocalem et literam quiescentem, hoc puncto adglutinationis non est opus; vt פִּרְיָם *fructus eorum*; בְּקַשְׁתָּיו, vel בְּקַשְׁתֵּיהוּ, *quaesiui eum*.

R. 131. a. Nominibus quando accedunt adfixa, *genitiuum* exprimunt *possessoris*; vt דְּבָרִי *verbum mei*, s. *meae personae*, hoc est, *meum*. Quare numerus et genus adfixorum non sequuntur numerum et genus eius Nominis, cui adduntur; sed eius, cuius in locum illa substituuntur; vt דְּבָרֶיהָ *verba eius*, scil. *feminae*.

b. In plurimis Nominum formis, propter accedentia adfixa, quaedam fiunt mutationes, partim literarum, partim vocalium, quae expositae sunt supra, *RR.* 104-121.

c. Aliud est punctum adglutinationis in Singularibus,

gularibus, aliud in Pluralibus. Horum normam ſequuntur Dualia.

d. Terminatio pluralis fem. וֹת, vt adfixa eodem modo accipere poſſit, vt maſculina ־ִים, et dualis ־ַיִם, (quae, amiſſa Mem, in Jod exeunt, (*R.* 109.) etiam ipſa Jod ante adfixa aſſumit.

Haec Jod, quia maiorem numerum, vel pluralem vel dualem, indicat, *Jod multitudinis* vocari ſolet.

e. Accentus adhaerere ſolet puncto adglutinationis; vt דְּבָרוֹ *verbum eius;* דְּבָרֵינוּ *verba noſtra.*

f. Quatuor adfixa ſyllabica, ־ָם, ־ֶם, ־ָן, ־ֶן, accentum ad propriam ſuam ſyllabam deducunt; vt דִּבְרֵיהֶם *verba eorum.* Idem facit ךָ, ſingularibus per ſcheva accedens; vt דְּבָרְךָ *verbum tuum.*

Illa quatuor ideo *grauia*, id eſt, grauiore tono pronuntianda, vocantur, vt reliqua omnia *leuia.*

R. 132. Nominibus ſingularibus, qualia ſunt maſc. דָּבָר *verbum*, et fem. צָרָה, pro צַרָה, *anxietas*, adfixa ſic accedunt:

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1. *Perſ.* | *Sing.* | דְּבָרִי *verbum mei.* c. | |
| | | צָרָתִי *anxietas mei.* c. | |
| | *Plur.* | דְּבָרֵנוּ *verbum noſtri.* c. | |
| | | צָרָתֵנוּ *anxietas noſtri.* c. | |

| | | | |
|---|---|---|---|
| 2. *Perſ.* | *Sing.* | דְּבָרְךָ | *verbum tui.* m. |
| | | צָרָתְךָ | *anxietas tui.* m. |
| | | דְּבָרֵךְ | *verbum tui.* f. |
| | | צָרָתֵךְ | *anxietas tui.* f. |
| | *Plur.* | דְּבַרְכֶם | *verbum veſtri.* m. |
| | | צָרַתְכֶם | *anxietas veſtri.* m. |
| | | דְּבַרְכֶן | *verbum veſtri.* f. |
| | | צָרַתְכֶן | *anxietas veſtri.* f. |
| 3. *Perſ.* | *Sing.* | דְּבָרוֹ | *verbum eius.* m. |
| | | צָרָתוֹ | *anxietas eius.* m. |
| | | דְּבָרָהּ | *verbum eius.* f. |
| | | צָרָתָהּ | *anxietas eius.* f. |
| | *Plur.* | דְּבָרָם | *verbum eorum.* |
| | | דְּבָרָמוֹ | idem. |
| | | צָרָתָם | *anxietas eorum.* |
| | | צָרָתָמוֹ | idem. |
| | | דְּבָרָן | *verbum earum.* |
| | | צָרָתָן | *anxietas earum.* |

a. נוּ, pro Tſerî, etiam Kamets ante ſe admittit; vt מוֹרַעְתֵּנוּ *familiaris noſter*, Ruth. 3, 2. Sic in Infin. הוֹצִיאֵנוּ *educere nos*, Exod. 14, 11.

b. ךָ quibusdam Nominum formis per ſcheva quieſcens additur; vt בִּנְךָ *filius tuus*, a בֵּן; מִזְבַּחֲךָ *altare tuum*, pro מִזְבְּחֲךָ, vel מִזְבַּחֲךָ, a מִזְבֵּחַ. Praeſertim hoc fit in Participiis formae פּוֹעֵל; vt יוֹצֶרְךָ *formator tuus*; אֹיְבֶךָ *inimicus tuus*; גֹּאֲלֶךָ *redemtor tuus*; בֹּרְאֶךָ *creator tuus*, pro בֹּרְאֲךָ, a בֹּרֵא.

c. Pro

c. Pro ךָ interdum syllabicum כִי occurrit; vt עֲוֹנֶכִי *iniquitas tua*, *Pſ.* 103, 3. Idem ךָ etiam Kamets, pro Tſeri, ſibi praemittit; vt נוֹתָנֶךָ *tradens te*, *Ezech.* 23, 28. 25, 4.

d. Ante כֶם et כֶן pro ſchevate quieſcente aſſumitur mobile, ſi vel vocalis longa immutabilis, vel aliud ſcheva quieſcens, praecedat; vt קוֹלְכֶם *vox veſtra*; כַּסְפְּכֶם *argentum veſtrum*.

e. Pro וֹ interdum ſcribitur הּ; vt עִירָהּ *aſinus eius*, *Gen.* 49, 11.

f. Pro aſyllabis וֹ, הָ, הֶ, et הֵ, nonnunquam occurrunt ſyllabica הוּ, הָ, הֶם, et הֶן, ex quibus illa orta ſunt; vt אוֹרָהּ *lux eius*, pro אוֹרָהוּ, *Job.* 25, 3. כְּלֵהֶם *complexus eorum*, quod et כְּלָהֶם, vnde, retracto accentu, factum כְּלֵהֶם, pro כְּלָם, 2 *Sam.* 23, 6. כְּלֵהֶן *complexus earum*, quod et כְּלָהֶן, vnde ortum כְּלָהֵן, et, cum He paragogica, כְּלָהֵנָּה, 1 *Reg.* 7, 37.

Crebrius illa ſyllabica accedunt ad Nomina in הָ, הֵ, vel וֹ, exeuntia; vt שָׂרָהוּ *ager eius*, a שָׂדֶה; מַרְאֵהוּ *adſpectus eius*, f. a מַרְאֶה, אֹפֵהֶם *piſtor eorum*, ab אֹפֶה; אֲבִיהוּ, quod et אָבִיו, *pater eius*, m. אָבִיהָ *pater eius*, f. אֲבִיהֶם *pater eorum*; פִּיהוּ, quod et פִּיו, *os eius*; פִּיהֶם *os eorum*; פְּרִיהֶם, quod et פְּרָיִם, *fructus eorum*; פְּרִיהֶן, quod et פְּרָיָן, *fructus earum*; עֲשׂוֹתוֹ *facere eum*, in Infin. ab עָשָׂה.

g. Aſyllabum וֹ, pro Kamets, etiam Segol ſibi praemittit; vt קִרְבָּן *venter earum*, *Gen.* 41, 21. contracte ex קִרְבֵּהֶן.

Reg. 133. Nominibus pluralibus atque dualibus, qualia sunt masc. דְּבָרִים *verba*, fem. צָרוֹת *anxietates*, et duale, עֵינַיִם *oculi*, adfixa hoc modo adduntur:

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1. *Pers.* | *Sing.* | דְּבָרַי | *verba mei.* c. |
| | | צָרוֹתַי | *anxietates mei.* c. |
| | | עֵינַי | *oculi mei.* c. |
| | *Plur.* | דְּבָרֵינוּ | *verba nostri.* c. |
| | | צָרוֹתֵינוּ | *anxietates nostri.* c. |
| | | עֵינֵינוּ | *oculi nostri.* c. |
| 2. *Pers.* | *Sing.* | דְּבָרְךָ | *verba tui.* m. |
| | | צָרוֹתֶיךָ | *anxietates tui.* m. |
| | | עֵינֶיךָ | *oculi tui.* m. |
| | | דְּבָרֵךְ | *verba tui.* f. |
| | | צָרוֹתַיִךְ | *anxietates tui.* f. |
| | | עֵינַיִךְ | *oculi tui.* f. |
| | *Plur.* | דְּבָרֵיכֶם | *verba vestrum.* m. |
| | | צָרוֹתֵיכֶם | *anxietates vestrum.* m. |
| | | עֵינֵיכֶם | *oculi vestrum.* m. |
| | | דְּבָרֵיכֶן | *verba vestrum.* f. |
| | | צָרוֹתֵיכֶן | *anxietates vestrum.* f. |
| | | עֵינֵיכֶן | *oculi vestrum.* f. |
| 3. *Pers.* | *Sing.* | דְּבָרָיו | *verba eius.* m. |
| | | צָרוֹתָיו | *anxietates eius.* m. |
| | | עֵינָיו | *oculi eius.* m. |
| | | דְּבָרֶיהָ | *verba eius.* f. |
| | | צָרוֹתֶיהָ | *anxietates eius.* f. |
| | | עֵינֶיהָ | *oculi eius.* f. |

דְּבָרֵיהֶם

| | | |
|---|---|---|
| *Plur.* | דְּבְרֵיהֶם | *verba eorum.* |
| | דְּבָרֵימוֹ | idem |
| | צָרוֹתֵיהֶם | *anxietates eorum.* |
| | צָרוֹתֵימוֹ | idem. |
| | עֵינֵיהֶם | *oculi eorum.* |
| | עֵינֵימוֹ | idem. |
| | דְּבְרֵיהֶן | *verba earum.* |
| | צָרוֹתֵיהֶן | *anxietates earum.* |
| | עֵינֵיהֶן | *oculi earum.* |

a. Ante adfixum 1. perſ. ſing. Jod ſemper omittitur Jod multitudinis, ne eadem litera bis ponatur; vt דְּבָרַי pro דְּבָרַיי.

b. Jod multitudinis interdum etiam ante alia adfixa omittitur, per ſcribendi compendium; vt חִצָּו *tela eius*, *Pſ.* 58, 8. תּוֹרוֹתָו *leges eius*, *Ezech.* 44, 5. דְּרָכֶךָ *viae tuae*, *Pſ.* 119, 37. יָדֶךָ *manus tuae*, 2 *Sam.* 3, 34. אוֹיְבֵנוּ *hoſtes noſtri*, 2 *Sam.* 19, 10. גּוֹיֵהֶם *gentes eorum*, *Gen.* 10, 5. &c.

c. Pro aſyllabo דְּ ſi adhibeatur ſyllabicum בִּי, pro דְּבָרֶיךָ eſt דְּבָרִיכִי. Exempla exſtant *Pſ.* 103, 3. 4. 5.

d. הוּ, pro וֹ, vt ad ſingularia, ita et ad pluralia atque dualia, accedere poteſt; vt גִּבּוֹרֵיהוּ *fortes eius*, *Nach.* 2, 4. עֵינֵיהוּ *oculi eius*, *Job.* 24, 23. Ad normam dialecti Chaldaicae, pro hoc הוּ, etiam הִי adhibuerunt, Cholem ante ſe habens; vt תַּגְמוּלוֹהִי *beneficia eius*, *Pſ.* 116, 12.

e. Pluralia feminina, pro ſyllabicis הֶם et הֶן, etiam aſyllaba

asyllaba ם et ן, more singularium, recipiunt; vt אוֹתָם *signa eorum; Ps.* 74, 4. Sic אֲבוֹתָם *patres eorum, Exod.* 4, 5.

R. 134. a. Verbis activis atque transitiuis adfixa pronomina plerumque ita iunguntur, vt nostro accusatiuo reddenda sint; vt פְּקָדוּךָ *inspexerunt te.* Interdum datiuo exprimi debent, vbi subest ellipsis particulae ל; vt נָתַתָּנִי *dedisti mihi, Jos.* 15, 19. חָנּוּנוּ *donate nobis, Jud.* 21, 22.

b. Passiuis et intransitiuis quando adduntur, quod item fit per alicuius particulae ellipsin, datiuo quoque reddi possunt; vt תִּנָּשֵׁנִי *obliuioni traderis mihi*, pro *a me, Jes.* 44, 21. צַמְתֶּנִי *ieiunastis mihi, Zach.* 7, 5. יְבוֹאֲנוּ *veniet nobis*, pro *ad nos, Jes.* 28, 15.

c. Pronomina nostra reciproca per adfixa exprimi non solent; vt טִמְּאוֹ est *polluit eum*, scil. alium, non *semet;* hoc enim, in Hithpahhel, est הִטַּמֵּא

Hinc est, quod primae et secundae personae adfixa, quae in accusatiuo, vsu reciproco, reddenda forent, earundem personarum Verbis nunquam addantur. Sed tertiae personae Verba admittunt omnia adfixa sine discrimine.

R. 135. a. Adfixa Verbis plerumque ita adduntur, vt, accentu ad punctum adglutinationis deducto, vocalis terminalis tollatur; vt קִדְּשׁוֹ *consecrauit eum*, a קִדֵּשׁ; יִשְׁמְרֵנִי *custodiet me*, a יִשְׁמֹר; תְּנֵם *da eos;* a תֵּן.

b. Manet

b. Manet tamen vocalis terminalis,

α. in tertiis personis Praeteriti Kal, vbi Patach, vt syllabam absoluat, in Kamets producitur, et Kamets primae radicalis (*R.* 40. a,) perit; vt פָּקְדוֹ *inspexit eum*, a פָּקַד; נְתָנְךָ *dedit te*, a נָתַן; לְבָשָׁם *induit eos*, a לָבַשׁ; אֲהֵבְךָ *amauit te*; גְּנֵבְתָם *furata est eos*, a גָּנַב; אֲהֵבַתְךָ *amauit illa te* ab אָהַב, quod ab אֹהֵב; רְדָפוּנִי *persequuti sunt me*, a רָדַף; יְרֵשׁוּהָ *possederunt eam*, a יָרֵשׁ, quod a יָרַשׁ.

β. in Futuro et Imperatiuo Kal, si in Patach desinant, quod item in Kamets producitur; vt יִשְׁאָלְךָ *interrogabit te*, a יִשְׁאַל; יִנְחָלוּהָ *hereditate obtinebunt eam*, a יִנְחַל; שְׁלָחֵנִי *mitte me*, a שָׁלַח; דָּעֵהוּ *cognosce eum*, a דַּע; שִׁמְעוּנִי *audite me*, a שִׁמַע. Sic et Schurek manet in תִּשְׁמוֹרֵם *custodies eos*, et simil.

Rarius perit Patach; vt יִקְרָאן *vocabit eum*, *Jer.* 23, 6. a. יִקְרָא, pro יִקְרָא.

γ. in tota Specie Hiphil; vt הִשְׁלִיכָם *proiecit eos*; הִשְׁמִידְךָ *exscidit te*; אַבְעִיסֵם *irritabo eos*; הַזְכִּירֵנִי *fac recordari me.*

Nonnunquam vocalis terminalis perit, more apud Chaldaeos recepto; vt יַעְשְׁרֶנּוּ *ditabit eum*, pro יַעְשִׁירֶנּוּ, 1 *Sam.* 17, 25.

δ. in formis Verborum media radicali vel defectiuorum, vel quiescentium, quae vocali terminali carere non possunt; vt יְסֹבְבֵנִי *cinget me*, a יָסַב; תְּצָרֵם, vel תְּצֹרֵם, *infestabis eos*, a תָּצַר; יְשִׂמְךָ *ponet te*, a יָשַׂם; שִׂימֶהָ *pone eam.*

ε. ante

ε. ante adfixa ךָ, כֶם, et כֶן, per ſcheva accedentia, vbi, propter deductum accentum, terminalis vocalis longa, ſi ſit mutabilis, in breuem oppoſitam corripitur; vt קִבְּצֶךָּ *collegit te*, a קִבֵּץ; בֵּרַכְךָ *benedixit tibi*, a בֵּרַךְ; אֲרַחֲמֶךָּ *diligam te*, ab אֲרַחֵם; אֶתֶּנְךָ *dabo te*, ab אֶתֵּן; אֲרוֹמְמֶךָּ *extollam te*, ab אֲרוֹמֵם; יְרַחֲמְכֶם *miſerebitur veſtri*, a יְרַחֵם.

Quodſi, ante haec adfixa, ob literam gutturalem, ſcheva compoſitum aſſumatur, vocalis longa manere poteſt; vt אֲשַׁלְּחֲךָ *mittam te*, *Gen.* 31, 27. Sed יוֹשַׁעֲכֶם *ſeruabit vos*, *Jeſ.* 35, 4. eſt a יוֹשַׁע, i. q. יוֹשִׁיעַ.

c. Verbis quieſcentibus tertia He, pro Vav aut Jod ſubſtituta, ita adduntur adfixa, vt litera quieſcens, cum vocali terminali, elidatur; vt עָשָׂם *fecit eos*, ab עָשָׂה; נִסָּהוּ *tentauit eum*, a נִסָּה; הִכְּךָ *percuſſit te*, ab הִכָּה; הֶעֱלְךָ *aſcendere fecit te*, ab הֶעֱלָה; יִקְרֵנִי *occurret mihi*, a יִקְרֶה; יַעֲנְךָ *reſpondebit tibi*, a יַעֲנֶה; יְצַוֵּהוּ *praecipiet ei*; a יְצַוֶּה; וַכֵּן *percutiet eum*, a וַכֶּה; תּוֹרְךָ *docebit te*, a תּוֹרֶה; עֲנֵנִי *exaudi me*, ab עֲנֵה.

α. Quando haec Verba ſeruant formam perfectam, nihil habent peculiare, vt יֹאתֵנִי *veniet mihi*, *Job.* 3, 25.

β. Interdum illa, ante adfixa, inſerunt Jod in puncto adglutinationis quieſcens, ad originis indicium; vt הַכֵּנִי *percute me*, 1 *Reg.* 20, 35. 37. ab הַכֵּה; אַפְאֵיהֶם *exſcindam eos*, *Deut.* 32, 26. ab אַפֵּאָה, cum הֶם, rariſſimo in Verbis adfixo.

R. 136. a. Quaedam adfixa Verbis addita idem ſibi

ſibi praemittunt punctum adglutinationis, quo et Nominibus accedunt; ſcil. ךָ, ךְ, כֶם, כֶן, וֹ, et הּ. Reliqua aliud in Praeteritis, aliud in Futuris et Imperatiuis, plerumque aſſumunt, vt ex paradigmate clarius percipietur.

b. Perſonae Verborum in וּ et יִ exeuntes, quia non indigent puncto adglutinationis, adfixa nude accipiunt; vt פָּקְדוּךָ *inſpexerunt te;* רְאִיתִיו *vidi eum;* חַרְאֵנִי *fac videre me.*

Talia, quia in vocalem exeunt, ſolum ſyllabicum הָ, non aſyllabum ה, admittunt; vt מְצָאוּהָ *inuenerunt eam;* שַׂמְתִּיהָ *poſui eam.* Poſt וֹ item non aſyllabum וֹ, ſed ſyllabicum הוּ, vſurpatur; vt אֲכָלוּהוּ *comederunt eum*, non אֲכָלוּוֹ.

R. 137. Mutationem aliquam, propter accedentia adfixa, ſubeunt pleraeque adformantes.

a. Aſyllaba הָ, quod He quieſcens in media voce ſtare non poſſit, tranſit in תָ, vel תָ, alteram terminationem femininam, quae, vt clariore ſono efferatur, plerumque accentum ſibi ſeruat, non ad adfixa demittit.

In Verbis autem tertia He quieſcentibus, quae (*R.* 82.) vtramque femininam terminationem, Tav et He, coniunxerunt, demta He, ſola Tav remanet.

Huic adformanti Tav adfixa ſyllabica ſine puncto adglutinationis adduntur; vt ad פָּקְדָה eſt פְּקָדַתְנִי, vel פְּקָדַתְנִי, *inſpexit illa me*; ab עָשְׂתָה, vel potius ab עָשָׂת contracto ex עָשְׂוַת, eſt עָשְׂתַנִי *fecit illa me.*

In

In adfixis הוּ et הָ, quae hic semper pro asyllabis וֹ et ה vsurpantur, celerior pronuntiatio saepe literam He elidit, Tav per dageſch duplicata, et assumta, post הָ, He paragogica; vt יָלַדְתּוּ *peperit eum*, pro יָלַדְתְּהוּ; כִּלַּתּוּ *consumsit eum*, pro כִּלְּתָהוּ, a כָּלָה; כִּעַסְתָּה *irritauit eam*, pro כִּעַסְתְּהָ; צִוָּתָה *praecepit ei*, f. pro צִוְּתָהָ, a צִוָּה.

Adfixa asyllaba, ךָ, ם, et ן, pro vocalibus longis, ob accentum non deductum, breues oppositas sibi praemittunt, (*R.* 36.) vt אֲהַבְתָךְ *amauit illa te*, f. pro אֲהֵבְתָךְ; גְּנָבַתַם *furata est eos*, pro גְּנָבָתָם. Sic הֶעֱלַתַם *ascendere fecit eos*, ab הֶעֱלָה.

b. Quod ad syllabicas adformantes, mutatio cadit in תָּ, תִּ, תֶּם, תֶּן, et נָה.

α. תָּ, amisso Kamets, recipit punctum adglutinationis adfixi; vt שְׁמַרְתַּנִי *custodiuisti me*, a שָׁמַרְתָּ; הוֹצִאתוֹ *eduxisti eum*, ab הוֹצֵאתָ.

β. תִּ manet quidem interdum non mutatum; vt הִשְׁבַּעְתָּנוּ *adiurasti nos*, ab הִשְׁבַּעְתִּ, *Jos.* 2, 17. 20. saepius tamen redit ad pristinam formam תִּי, vel תְּ; vt מְצָאתִים *inueniſti eos*, a מָצָאתָ; כְּלִתְנִי *prohibuisti me*, a כָּלַתְּ. Conf. *R.* 61. a.

Loco Chirek scribitur Tseri in הוֹרַדְתֵּנוּ *deſcendere feciſti nos*, *Jos.* 2, 18. ab הוֹרַדְתְּ.

γ. תֶּם et תֶּן subſtituunt sibi תּוּ, vel תְּ, a veteri אַתֵּן *vos* ortum; vt צִמְתּוּנִי, vel צִמְתְּנִי, *ieiunaſtis mihi.*

δ. Pro נָה, quae minus apta est adfixioni, semper assumitur adformans masculina וּ, vsurpata etiam

etiam in feminino genere, (*R.* 62.) vt תַּחְשֹׁבְנִי *reputabunt me*, a תַּחְשֹׁבְנָּ, quod alias, sine adfixo, est תַּחְשֹׁבְנָה.

R. 138. Infinitiui, tam masculinae, quam femininae terminationis, vti natura sua cum Nominibus singularibus conueniunt, ita et eorum more adfixa recipiunt; vt שׁוּבָן *reuerti eius*; הִבָּרְאָם *creari eorum*; יִרְאָתָם *timere eorum*; לֶכְתִּי *vadere mei*; רְאוֹתָן *videre eius*; צַדֶּקְתֶּךָ *iustificare tui*.

Non infrequens in illis est נִי, quod ab aliis Nominibus fere abest; vt שׁוּבֵנִי, i. q. שׁוּבִי, *reuerti mei*; נַחֲמֵנִי *consolari mei*; et, praecedente Patach, רַמּוֹתֲנִי *decipere mei*.

R. 139. a. Peculiare quid habet Infinitiuus in Kal formae פְּקֹד, qui, accedentibus adfixis, transit in vicinam formam פִּקְדָ, pro more Nominum Segolatorum, de quibus *R.* 119. vt a מְלֹךְ non est מָלְכוֹ, sed מָלְכוֹ *regnare eius*; a רְדֹף non est רָדְפִי, sed רָדְפִי *persequi mei*. Sic קְצָרְכֶם *metere vestrum*, a קְצֹר; עָבְרְכֶם *transire vestrum*, ab עֲבֹר; בָּחֳרִי *eligere mei*, pro בָּחְרִי, a בָּחֹר; מָאֳסְכֶם *spernere vestrum*, pro מָאְסְכֶם, quod pro מָאֹסְכֶם, a מָאֹס; קָרְבְּכֶם *appropinquare vestrum*, pro קָרְבָּכֶם, quod pro קָרְבֶּכֶם, a קָרֹב. Vide supra p. 154. *Hinc.* cet.

a. Simili ratione Infinitiuus פְּקֹד in adfixione transit in formam פִּקְדָ aut פִּקְדָ; vt שְׁחָטָם *iugulare eorum*, a שָׁחַט; בְּקָעָם *findere eorum*, a בָּקַע. (Conf. *R.* 119.)

β. Ante adfixa ךָ, כֶם, et כֶן, per ſcheva accedentia, formae פָּקְדְךָ et פָּקְדֵךְ interdum manent; vt רָדְפְךָ *perſequi tui*; אֲמָרְכֶם *dicere veſtrum*; חָנְנְכֶם *miſereri veſtrum*.

b. Imperatiuus in Kal formae פָּקְדְ morem Infinitiui, a quo, ſua origine, diuerſus non eſt, in eo ſequitur, vt ante adfixa etiam ipſe formam פָּקְדְ aſſumat; vt שָׁמְרֵנִי *cuſtodi me*, a שְׁמֹר; רָדְפֵהוּ *perſequere eum*, a רְדֹף.

Ob eandem rationem Imperatiuus interdum etiam ante adformantes in formam פָּקְדְ tranſit; vt עָלְזִי *exſulta*, f. *Zeph.* 3, 14. מָלְכִי *regna*, f. *Jud.* 9, 10. 12. הָרְבִּי *obſtupeſcite*, *Jer.* 2, 12.

R. 140. Participia in recipiendis adfixis leges Nominum ſequuntur.

Pro י interdum vſurpant נִי, verbale adfixum, praemiſſo Tſeri vel Patach; vt עֹשֵׂנִי *faciens mei*, ab עָשָׂה; רֹאֵנִי *videns mei*, a רָאָה.

R. 141. Paradigma adfixorum Praeteriti:

I. A פָּקַד *inſpexit*, maſc.

פְּקָדַנִי *inſpexit me*, comm.

פְּקָדָנוּ *inſpexit nos*, comm.

פְּקָדְךָ *inſpexit te*, maſc.

פְּקָדֵךְ *inſpexit te*, fem.

פְּקָדְכֶם *inſpexit vos*, maſc.

פְּקָדְכֶן *inſpexit vos*, fem.

פְּקָדֵהוּ / פְּקָדוֹ } *inſpexit eum.*

פְּקָדָהּ

פָּקְדָהּ *inſpexit eam.*

פָּקְדָם } *inſpexit eos.*
פָּקְדָמוֹ }

פָּקְדָן *inſpexit eas.*

1. נִי interdum Kamets ante ſe habet; vt עָנְנִי *exaudiuit me*, *Pſ.* 118, 5.

2. Pro ךָ.. non raro, ex Chaldaica dialecto, ךָ,, adhibetur; vt קָרְאָךְ *vocauit te*, f. *Iſ.* 54, 6.

II. A פָּקְדָה *inſpexit*, fem.
פָּקְדַתְנִי *inſpexit me*, comm.
פָּקְדָתְנוּ *inſpexit nos*, comm.
פָּקְדָתְךָ *inſpexit te*, maſc.
פָּקְדָתְךְ *inſpexit te*, fem.
פָּקְדָתְכֶם *inſpexit vos*, maſc.
פָּקְדָתְכֶן *inſpexit vos*, fem.

פָּקְדָתְהוּ } *inſpexit eum.*
פָּקְדָתּוֹ }

פָּקְדָתָהּ } *inſpexit eam.*
פָּקְדָתָה }

פָּקְדָתָם *inſpexit eos.*
פָּקְדָתָן *inſpexit eas.*

III. A פָּקַדְתָּ *inſpexiſti*, maſc.
פָּקַדְתַּנִי *inſpexiſti me*, comm.
פָּקַדְתָּנוּ *inſpexiſti nos*, comm.

פָּקַדְתָּהוּ } *inſpexiſti eum.*
פָּקַדְתּוֹ }

פְּקַדְתָּהּ *inſpexiſti eam.*
פְּקַדְתָּם *inſpexiſti eos.*
פְּקַדְתָּן *inſpexiſti eas.*

IV. A פְּקַדְתְּ *inſpexiſti*, fem.
פְּקַדְתַּנִי *inſpexiſti me*, comm.
פְּקַדְתָּנוּ *inſpexiſti nos*, comm.
פְּקַדְתִּיהוּ / פְּקַדְתָּיו } *inſpexiſti eum.*
פְּקַדְתָּהּ *inſpexiſti eam.*
פְּקַדְתִּים *inſpexiſti eos.*
פְּקַדְתִּין *inſpexiſti eas.*

V. A פָּקַדְתִּי *inſpexi*, comm.
פָּקַדְתִּיךָ *inſpexi te*, maſc.
פָּקַדְתִּיךְ *inſpexi te*, fem.
פָּקַדְתִּיכֶם *inſpexi vos*, maſc.
פָּקַדְתִּיכֶן *inſpexi vos*, fem.
פְּקַדְתִּיהוּ / פְּקַדְתִּין } *inſpexi eum.*
פְּקַדְתִּיהָ *inſpexi eam.*
פְּקַדְתִּים *inſpexi eos.*
פְּקַדְתִּין *inſpexi eas.*

VI. A פָּקְדוּ *inſpexerunt*, comm.
פָּקְדוּנִי *inſpexerunt me*, comm.
פָּקְדוּנוּ *inſpexerunt nos*, comm.
פָּקְדוּךָ *inſpexerunt te*, maſc.
פָּקְדוּךְ *inſpexerunt te*, fem.

פָּקְדוּכֶם

פְּקַדְתֶּם *inspexerunt vos*, masc.
פְּקַדְתֶּן *inspexerunt vos*, fem.
פְּקָדוּהוּ *inspexerunt eum.*
פְּקָדוּהָ *inspexerunt eam.*
פְּקָדוּם } *inspexerunt eos.*
פְּקָדוּמוֹ }
פְּקָדוּן *inspexerunt eas.*

VII. A פְּקַדְתָּ *inspexisti*, masc. et פְּקַדְתְּ fem.
פְּקַדְתּוּנִי *inspexisti me*, comm.
פְּקַדְתּוּנוּ *inspexisti nos*, comm.
פְּקַדְתּוּהוּ *inspexisti eum.*
פְּקַדְתּוּהָ *inspexisti eam.*
פְּקַדְתּוּם *inspexisti eos.*
פְּקַדְתֶּן *inspexisti eas.*

VIII. A פְּקָדְנוּ *inspeximus*, comm.
פְּקָדְנוּךָ *inspeximus te*, masc.
פְּקָדְנוּךְ *inspeximus te*, fem.
פְּקָדְנוּכֶם *inspeximus vos*, masc.
פְּקָדְנוּכֶן *inspeximus vos*, fem.
פְּקָדְנוּהוּ *inspeximus eum.*
פְּקָדְנוּהָ *inspeximus eam.*
פְּקָדְנוּם *inspeximus eos.*
פְּקָדְנוּן *inspeximus eas.*

R. 142. Paradigma adfixorum Futuri:

I. A יִפְקֹד *inspiciet*, masc.
יִפְקְדֵנִי *inspiciet me*, comm.

יִפְקְדֵנוּ *inſpiciet nos*, comm.
יִפְקָדְךָ *inſpiciet te*, maſc.
יִפְקָדֵךְ *inſpiciet te*, fem.
יִפְקָדְכֶם *inſpiciet vos*, maſc.
יִפְקָדְכֶן *inſpiciet vos*, fem.
יִפְקְדֵהוּ / יִפְקְדוֹ } *inſpiciet eum.*
יִפְקְדֶהָ / יִפְקְדָהּ } *inſpiciet eam.*
יִפְקְדֵם / יִפְקְדֵמוֹ } *inſpiciet eos.*
יִפְקְדֵן *inſpiciet eas.*

Eodem prorſus modo adfixa accedunt ad alias Futuri perſonas, nulla adformante auctas.

Interdum Futurum non aliud habet punctum adglutinationis, quam praeteritum, ſcil. Patach vel Kamets; vt יַשְׂבִּיעֵנִי *ſatiabit me*, *Job.* 9, 18. יַכִּירֵנוּ *agnoſcet nos*, *Jeſ.* 63, 16. יַלְבְּשֵׁם *induet eos*, *Exod.* 29, 30.

II. Perſonis Futuri in י et ו exeuntibus cum adfixa nude accedant (*R.* 136. b.), eadem in his ratio adfixionis eſt, quae in perſonis Praeteriti earundem terminationum; vt תִּפְקְדִים *inſpicies eos*, f. יִפְקְדוּךָ *inſpicient te*, תִּפְקְדוּהָ *inſpicietis eam.*

Reſtant perſonae in נָה deſinentes, vbi תִּפְקֹדְנָה ante adfixa in תִּפְקֹדְנָ tranſire, ſupra obſeruatum eſt (*R.* 137. b. *d.*)

R. 143.

R. 143. Imperatiuo adfixa eodem modo addun tur, vt Futuro; vt פָּקְדֵנִי *inſpice me;* פָּקְדֵם *inſpice eos;* &c. Quare alio paradigmate non eſt opus.

## *SECTIO IX.* DE PARTICVLIS.

R. 144. Reliquae *Particulae*, quae hoc nomine potiſſimum deſignantur, nempe *Aduerbia*, *Coniunctiones*, *Praepoſitiones*, et *Interiectiones*, etiam ipſae diuiduntur in *ſeparatas* et *inſeparabiles*.

R. 145. De ſeparatis generatim obſeruandum eſt, eas fere omnes, ſua origine et proprietate, eſſe Nomina, partim ſubſtantiua, partim adiectiua, quae ſignificationem Particulis conuenientem vſu obtinuerunt. Id ex formis earum ſatis appareret, quae non aliae ſunt, quam Nominum. Sic ſunt,

a. formae Particularum nudae, et quidem aliae maſculinae; vt טֶרֶם *nondum*, proprie *abſciſſio*; אֵצֶל *apud*, pr. *connexio*; נֹכַח *coram*, *e regione*, pr. *punctio*, ſ. *directio ad punctum*; הֵלוֹם *hic*, *huc*, pr. *tuſio*; רַק *tantum*, pr. *tenuitas*; יוֹתֵר *magis*, pr. *vigens*; סָבִיב *circum*, pr. *verſus*, *vertendo circumdatus*; &c. aliae femininae; vt מְהֵרָה *celeriter*, propr. *feſtinatio*; רַבָּה *multum*, pr. *ſpiſſitudo*; זוּלָתִי *praeter*, pr. *laxatio*; &c.

b. formae auctae literis Heemanticis, aut characteriſticis Specierum Verbi deriuatarum; vt חִנָּם *gratis*, proprie *gratia*; פִּתְאֹם *ſubito*, pr. *laxitas*, *laxus impetus*; אוּלַי *fortaſſe*, pr. *firmitas*; לְמַעַן *propter*,

pr. *ad responsum*; אַחַר, pro אַחַר, *post*, pr. *subsequutio*; הַרְבֵּה *multum*, pr. *multiplicare*, f. *multiplicatio*; &c.

α. Quaedam Particulae sunt Pronomina; vt מִזֶּה *hinc*, propr. *ex hoc*, scil. *loco*; מַה *quam! o quam!* propr. *quid?* אֲשֶׁר *quod*, *quum*, *quia*, pronomen relatiuum; &c.

β. Interiectiones aliquae per solam ὀνοματοποιίαν natae esse videntur; vt אֲהָהּ *ah*, *aba!* הוֹי אוֹי *vae! eheu!* &c.

R. 146. Particulae separatae, quae proprie sunt Nomina, ex masculino genere in femininum, et ex singulari numero in pluralem, flecti possunt; vt a בֵּין *inter*, ex בֵּן, proprie *distinctio*, est plur. בֵּינִים, et a fem. בֵּינָה est plur. בֵּינוֹת; a סָבִיב *circum*, est fem. סְבִיבָה, vnde fit plur. סְבִיבוֹת.

R. 147. a. Quaedam Aduerbia, Coniunctiones, et Interiectiones, cum aliis Nominibus, per Regimen, secundum leges Nominum, construuntur; vt אֵין כֶּסֶף *non* est *argentum*, propr. *vacuitas argenti*, ex אַיִן *vacuitas*; אַי אָחִיךָ *vbi frater tuus?* propr. *flexus fratris tui?* ex אַי *flexus*; עֵקֶב אֲשֶׁר *pro* eo *quod*, propr. *mercede* eius *quod*; אַשְׁרֵי הָאִישׁ *euge virum!* propr. *beatitates viri!* ex אַשְׁרַיִם i. q. אֲשָׁרִים, *beatitates*.

b. Omnes Praepositiones separatae proprie sunt Nomina in statu constructo posita, et Nomen, quod regunt, ex indole Hebraei sermonis in Genitiuo accipi debet; vt עִם הַמֶּלֶךְ *cum rege*, propr. *commu-*

*communione regis*; עֵבֶר הַנָּהָר *vltra fluuium*, propr. *traiectione fluuii.*

Hanc ob causam easdem patiuntur mutationes, quas Nomina in regimine posita; vt אַחֲרֵי הַמֶּלֶךְ *post regem*, q. d. *subsequutionibus regis*, ab אַחֲרִים, plur. ab אַחַר; עַדֵי עֶרֶב *vsque ad vesperam*, q. d. *transitionibus vesperae*, ab עֲדִים, plur. ab עַד. Sic a מִבְּנֵי *a*, *de*; עַלֵי *super*; אֶלֵי *ad*; &c. Item זוּלַת הָעָם *praeter populum*, q. d. *laxatione populi*, a זוּלָה; בִּגְלַל הַדָּבָר *propter rem*, q. d. *per deuolutionem rei*, a גָּלַל.

c. Particulae separatae etiam inter se per regimen saepe construuntur; vt אֵין עוֹד *non* est *amplius*, q. d. *vacuitas iterationis*; אֵי פֹּה, coniunctim אֵיפֹה, *vbinam?* q. d. *flexus orae?* Frequens praesertim haec est constructio in Praepositionibus; vt מִן־אַחֲרֵי הַצֹּאן *a post gregem*; אֶל־תַּחַת הָעֵץ *ad sub arborem*; עַל־בֵּין עֲבֹתִים *supra inter ramos*; &c.

Talibus in phrasibus, proprietatem si spectes, duplex est regimen, alia lingua non commode exprimendum.

R. 148. Plurimae Particulae separatae, et speciatim omnes Praepositiones, recipiunt adfixa pronomina secundum leges Nominum, et quidem aliae in singulari, aliae in plurali, aliae denique in vtroque numero.

a. In singulari adfixa assumunt אֵי *vbi?* אֶפֶס *praeter*; אֵצֶל *apud*; אֵת nota accusatiui, et *cum*; בִּגְלַל *propter*; בֶּעָבוּר idem; בֶּלֶת *praeter*; זוּלַת idem; הֵן

 *ecce*;

*ecce*; לְמַעַן *propter*; לְעֻמַּת *e regione*; מִן *a, de, ex, prae*; נֶגֶד *coram*; עִם, et עִמָּד *cum*; &c. vt אַיִן *vbi ille?* אֶצְלָם *apud eos*; בִּלְתִּי *praeter me*; לְמַעַנְךָ *propter te.*

b. In plurali adfixis iunguntur אַחַר *poſt*; אֶל *ad*; עַל *ſuper*; עַד *vsque ad*; בִּלְעַדְ *praeter*; אַשְׁרֵי *euge!* לִפְנֵי *ante*; מִפְּנֵי *propter*; vt אֵלַיִו *ad ipſum*, ab אֶל, vel potius ab inuſitato eius plurali אֵלִים; בִּלְעָדַי *praeter me*; אַשְׁרֶיךָ *euge te!* לִפְנֵיהֶם *ante eos.*

c. In vtroque numero cum adfixis componuntur אֵין *non eſt*; בֵּין *inter*; בְּעַד *pro, circa*; עוֹד *adhuc*; תַּחַת *ſub*; vt אֵינָם, et אֵינֵימוֹ, *non ſunt illi*; בֵּינְךָ *inter te*; בֵּינֵינוּ et בֵּינוֹתֵינוּ *inter nos.*

R. 149. Quaedam Particulae, ratione adfixionis, aliquid habent peculiare.

a. Pro adfixis aſyllabis, י, ו, ם, et ן, interdum ſyllabica, נִי, הוּ, הֵם, et הֵן, vſurpant; vt תַּחְתֵּנִי *ſub me*; הִנֵּנִי, quod pro הִנֵּנִי, *ecce me*; הִנֵּהוּ *ecce eum*; עִמָּהֶם *cum iis*; אֶתְהֶם *eos*; אֶתְהֶן *eas.*

b. Ante adfixa נוּ et ךָ, pro puncto adglutinationis Tſeri, quaedam amant Kamets; vt עִמָּנוּ *nobiscum*; אִתָּנוּ idem; אוֹתָנוּ *nos*; אִתָּךְ *tecum*, f. quod tamen et אִתָּךְ; אוֹתָךְ *te*, f. הִנָּךְ *ecce te*, f. עוֹדָךְ *adhuc tu*, f. עִמָּךְ *tecum*, f. Sic et עִמָּכֶם *vobiscum*, et עִמָּהֶם *cum iis.*

c. אֵת, nota accuſatiui, et praepoſ. *cum*, deſcendens ab אָתָה, propr. *tetendit*, quod olim notarunt etiam

etiam אֶתְּ, et אֵת, verba cognata, in adfixione trifariam se habet:

*α.* forma ab אֶתָּה ducta, fit אִתְּכֶם *vos*, אִתָּם *eos*, אִתָּן *eas*.

*β.* ab אֶתְּ fit אִתִּי *mecum*, אִתָּךְ *tecum*, m. אִתָּךְ *tecum*, f. אִתּוֹ *cum eo*, אִתָּהּ *cum ea*, אִתָּנוּ *nobiscum*, אִתְּכֶם *vobiscum*, אִתָּם *cum iis*.

*γ.* ab אֵת, per quietem mediae Vav, fit אוֹתִי *me*, et *mecum*; אוֹתְךָ *te*, et *tecum*; אוֹתָךְ *te*, f. et *tecum*; f. אוֹתוֹ *eum*, et *cum eo*; sic porro אוֹתָהּ; אוֹתָנוּ; אוֹתְכֶם; אוֹתָם et אוֹתָם, אוֹתָן et אוֹתָן.

*δ.* מִן, et מֵן, *a*, *de*, *ex*, *prae*, a מָנַן *secuit*, descendentia, interdum quidem cum adfixis coniunguntur, vt מִמֶּנִּי, et מִנִּי, *a me*; מִמֶּנְהוּ, et מִנְהוּ, pro מִמֶּנּוּ, *ab eo*; מִמָּהֶם *ab iis*.

Saepius tamen, ante adfixa, transeunt in formam vicinam מִמֵּן, pro מִנְמֵן, ortam a, מִנְמֵן, Specie geminata illius Verbi מָנַן. Huic מִמֵּן adfixa iunguntur sine puncto adglutinationis; vt מִמֵּנִּי *a me*, ex מִמֵּן et נִי; מִמְּךָ *a te*, pro מִמֵּנְךָ; מִמֶּנּוּ *ab eo*, pro מִמֵּנְהוּ; מִמֶּנָּה *ab ea*; pro מִמֵּנָהּ; מִמֵּנּוּ *a nobis*, ex מִמֵּן et נוּ. Per syncopen frequens vsus elisit Nun in מִמְּךָ *a te*; m. et מִמֵּךְ *a te*, f.

R. 150. a. Mutationes literarum et vocalium in Particulis, adfixa assumentibus, non aliae fiunt, quam in Nominibus earundem formarum; vt a זוּלָה, quod in regimine est זוּלַת, fit זוּלָתִי *praeter eum*,

*eum*, (*R.* 105.) item ab הֵן, quod ab הֲנֵן, fit הִנֵּהוּ *ecce eum*, (*R.* 111.) ab אַחַר fit אַחֲרָיו *post eum* (*R.* 118. b.) ab אֵצֶל fit אֶצְלוֹ *apud eum*, (*R.* 119. b. β.) &c.

b. Quaedam Particulae, ductae a Verbis tertia He quiescentibus, quae, extra adfixionem, pro vocali longa breuem, celerioris pronunciationis causa, assumserunt, ante adfixa longam resumunt. Tales sunt אֶל *ad*, עַל *super*, עַד *vsque ad*, et compositum בִּלְעַד *praeter*; vt אֵלַי *ad me*; עָלֶיךָ *super te*; עָדָיו *vsque ad eum*; בִּלְעָדֶיךָ *praeter te*; &c.

Ante adfixa grauia vocalis longa tollitur: (*R.* 40. a.) vt אֲלֵיכֶם *ad vos*; עֲלֵיהֶם *super eos*.

R. 151. Inseparabiles Particulae, quae, a separatis olim ortae, non nisi in compositione cum aliis orationis partibus adhibentur, duorum sunt generum. Aliae enim vocibus ab initio praefiguntur, dictae ideo *praefixae*; aliae autem ad finem accedunt, quae vulgo *literae paragogicae* appellantur.

R. 152. Praefixae Particulae septem sunt, vocibus technicis מִשְׁהַ וְכַלְבָּ comprehensae.

R. 153. Praefixa מ, valens idem quod מִן, vnde originem duxit, scil. *a*, *de*, *ex*, *prae*, praefigitur per Chirek, sequente dagesch forti, quod elisam literam Nun compensat; vt מִדֶּרֶךְ *a via*, pro מִן דֶּרֶךְ.

Ad literas indagessabiles omissum dagesch plerumque explicite, interdum implicite, compensatur,

ſatur, (*R.* 39.) vt מֵאִישׁ *a viro*, pro מֵאִישׁ; מֵרָשָׁע *ab improbo*, pro מֵרָשָׁע; מֵחוּשׁ *a filo*, pro מֵחוּשׁ.

Ex literis etiam dageſſabilibus, quando ſcheva habent, interdum dageſch illud excidit, (*R.* 28. d.) vt מִגְבוּרָה *de potentia*, pro מִגְּבוּרָה; מִימִינוֹ *a dextra eius*, pro מִיְּמִינוֹ.

Pro מִן veteres non tantum מִן, ſed et מִן dixiſſe videntur. Inde eſt, quod מ etiam Patach admiſerit in לְמֵרֵאשׁוֹנָה *inde ab initio*, 1 *Chron.* 15, 13.

R. 154. Praefixa שׁ idem notat quod אֲשֶׁר, pronomen relatiuum, vnde decerpta eſt, ſcil. *qui, quae, quod*; nec non, vſu Coniunctionis, *quod, quum, quia*. Praefigitur per Segol, aut Patach, ſequente dageſch forti; vt שֶׁיִּפֹּל *qui cadet*; שֶׁלֹּא נְתָנָנוּ *qui non tradidit nos*; כַּרְמִי שֶׁלִּי *vinea mea, quae mihi* eſt; שֶׁקַּמְתִּי *quod ſurrexi.*

Ante indageſſabiles literas, omiſſo dageſch, Segol, compenſatione implicita, manet; vt שֶׁהָיָה *qui fuit*; שֶׁעָלוּ *qui aſcenderunt*; Patach autem, explicita compenſatione, in Kamets producitur; vt שֶׁאַתָּה *quod tu.*

Celeriore pronunciatione שׁ etiam cum nudo ſchevate offertur; vt שֶׁהֵם *quod ipſi*, *Eccleſ.* 3, 18.

R. 155. Praefixa ה, (orta, vt videtur, ex הָא, obſoleto Pronomine demonſtratiuo, et Particula valente *ecce, ſane, profecto*) duplex eſt, *demonſtratiua*, et *interrogatiua.*

R. 156.

R. 156. ה demonstratiua est Articulus, illi Graecorum respondens. Praefigitur per Patach, sequente dagesch forti, vt הַמֶּלֶךְ ὁ βασιλεύς.

Ex literis schevatis dagesch saepe excidit, (*R.* 28. d.) vt הַיְלָדִים *pueri.*

Ex indagessabilibus literis omissum dagesch vel explicite, vel implicite compensatur, (*R.* 39.) vt הָאִישׁ *vir*; הָאָדָם *homo*; הָהָר *mons*; הַהֶבֶל *vanitas*; הָחַי, et הַחַי, *viuus*; הָעָם *populus*; הָעֻוֶר, et הָעִוֶּר, *coecus*; הָרָשָׁע *improbus.*

Ab אֶרֶץ *terra*, semper dicitur הָאָרֶץ, euphoniae causa, pro הַאֶרֶץ.

Pro Patach, ante literas gutturales, quae Kamets habent, saepe Segol assumitur, (*R.* 42. d.) vt הָאֱמוּר *dictus*; הֶהָדָר *decus*; הֶחָזוֹן *visio*; הֶעָנָן *nubes.*

Idem factum est in הַחֳרָבוֹת *desolatae*, *Ezech.* 36, 35. 38. הֶחֳדָשִׁים *nouilunia*, *Neh.* 10, 34. &c.

R. 157. Praefigitur Articulus Nominibus, tam substantiuis, quam adiectiuis et participiis, nec non pronominibus personalibus tertiae personae separatis atque demonstratiuis.

Potestas eius est, vt vel rem notam designet, vt הַשֶּׁמֶשׁ ὁ ἥλιος; הַיְבָשָׁה ἡ ξηρὰ; vel rem indefinitam definiat et ad certum subiectum restringat; vt הַמֶּלֶךְ הַגָּדוֹל ὁ βασιλεὺς ὁ μέγας; הַבָּנִים הַנּוֹלָדִים οἱ υἱοὶ οἱ γενόμενοι; vel denique demonstrationi inseruiat, tam cum pronomine, quam sine eo; vt

הָהָר

הָהָר הַטּוֹב הַזֶּה *mons vber hic*; הַיָּמִים הָהֵם *dies illi*; הַדָּבָר הַזֶּה *haec res*; הַשָּׁנָה *hoc anno*; הַיּוֹם *hoc die*.

a. Nomina propria Articulo parcius vtuntur, praesertim quae sunt hominum, et regionum, nisi ponantur pro denominatiuis; vt שֵׁבֶט הַמְנַשֶּׁה *tribus Manassis*; i. e. *Manassitarum*; אֶרֶץ הַמָּגוֹג *terra Magogi*, i. e. *Magogitarum*. Sed Nomina locorum et fluuiorum saepe illum admittunt, vt מִן־הַשִּׁטִּים עַד־הַגִּלְגָּל *a Schittim vsque ad Gilgal*, *Mich.* 6, 5. הַיַּרְדֵּן *Jordanes*.

b. Nomina in regimine collocata, aut cum pronominibus adfixis composita, Articulo plerumque non vtuntur, quia restrictio fit per subsequentem genitiuum; vt חַיַּת הָאָרֶץ *bestia terrae*; דְּמֵי אָחִיךָ *sanguines fratris tui*; זְרוֹעוֹ הַנְּטוּיָה *brachium eius extensum*.

c. Restrictio Nominis regentis fieri potest per Articulum Nomini recto praemissum; vt בֶּן־הַבָּקָר אֲשֶׁר עָשָׂה *filius bouis*, i. e. *vitulus*, *quem parauerat*, *Gen.* 18, 8. אִישׁ הַבְּלִיַּעַל הַזֶּה *vir nequitiae hic*, 1 *Sam.* 25, 25. Idem fit in adiectiuis patronymicis et gentilibus, quae ducta sunt a Nominibus propriis ex duabus vocibus per regimen compositis; vt ab אֲבִיעֶזְרִי *Abiezrita*, quod ab אֲבִיעֶזֶר, q. *pater auxilii*, cum Articulo fit אֲבִי הָעֶזְרִי, *Jud.* 6, 11. a בֵּית לַחְמִי *Bethlehemita*, quod a בֵּית לֶחֶם, q. *domus panis*, fit בֵּית הַלַּחְמִי, 1 *Sam.* 16, 1.

d. Quodsi Articulus vim habeat cum grauiore quadam emphasi demonstrandi, admittitur tam a Nomine regente, quam composito cum adfixo pronomine; vt אָנֹכִי הָאֵל בֵּית־אֵל *ego* sum *ille Deus Bethelis*, *Gen.* 31, 13.

31, 13. הִנֵּה הַחֲנִית הַמֶּלֶךְ *ecce hanc haſtam regis*, 1 *Sam.* 26, 22. הַצָּבִי יִשְׂרָאֵל *o illud decus Iſraëlis!* 2 *Sam.* 1, 19. בְּתוֹךְ הָאָהֳלִי *in medio huius tentorii mei*, *Joſ.* 7, 21. וְנָתַן אֶת־הָעֶרְכְּךָ *et dabit iſtam aeſtimationem tuam*, *Lev.* 27, 23.

e. ה demonſtratiua, per ellipſin pronominis relatiui אֲשֶׁר, vſum etiam accipit relatiuum, quo Verbis interdum praefigitur; vt הַהוֹשִׁיב נָשִׁים נָכְרִיוֹת *hic* qui *duxit vxores peregrinas*, *Eſr.* 10, 14. הַנִּמְצָאִים *illi* qui *inuenti ſunt*, 1 *Chron.* 29, 17. A Particula עַל *ſuper*, eſt הָעֲלָיָה *illud* quod *ſuper eam*, 1 *Sam.* 9, 24.

Sed in adiectiuis et participiis, quae, ex indole Latini ſermonis, ſaepe relatiui pronominis ope reſoluuntur, manet ordinaria Articuli poteſtas; vt וְעָשִׂיתָ הַיָּשָׁר וְהַטּוֹב καὶ ποιήσεις τὸ ἀρεστὸν καὶ τὸ καλὸν, i. e. *id quod rectum et bonum eſt*, *Deut.* 6, 18. הַסֹּלֵחַ ὁ συλατεύων, i. e. *is qui condonat*, *Pſ.* 103, 3. הַמְעַטְּרֵכִי ὁ ςεφανῶν σε, i. e. *is*, *qui coronat te*. ibid. v. 4.

f. Denique obſeruanda eſt vis ה demonſtratiuae affirmatiua et aſſeueratiua, qua per *ecce*, *ſane*, *profecto*, commode reddi poteſt; vt עֵינֶיךָ הָרֹאוֹת *oculi tui ecce videntes* ſunt, *Deut.* 3, 21. 4, 3. הַחַיִל הַיֹּצֵא *exercitus ecce egrediens* fuit, 1 *Sam.* 17, 20. הַבַּדֶּרֶךְ אֲבוֹתֵיכֶם *ſane in via patrum veſtrorum*, *Ezech.* 20, 30. הָאָמַר *ſane dixit*, *Job.* 34, 31. Huc pertinere videtur הָאֲנִיחוּ *ecce ſe ſubduxerunt*, *Jeſ.* 19, 6.

R. 158.

R. 158. ה interrogatiua, quae est nota interrogationis, quibuscunque orationis partibus praefigitur, et plerumque quidem per Chateph Patach- vt הַשָּׁמַע *an audiuit?* הַבַּת *an filia?* הֲטֶרֶם תֵּדָע *an nondum cognoscis?*

Quodsi sequatur scheua, Chateph Patach in Patach abit, (*R.* 50 c.) vt הַמְעַט *an parum?* הַבְּרָכָה *an benedictio?*

Non raro tamen ה interrogatiua eodem prorsus modo praefigitur, quo demonstratiua; vt הֲיִיטַב *an bonum erit? Lev.* 10, 19. הַלְבֵן *an filio? Gen.* 17, 17. הֲרְאִיתֶם *an vidistis?* 1 *Sam.* 10, 24. 17, 25. הַאַתֶּם *an vos? Jud.* 6, 31. הֲאֶפְרָתִי *an Ephrataeus? Jud.* 12, 5. הָאִישׁ *an vir? Nehem.* 6, 11. הַחֶפֶץ *an propensio?* 1 *Sam.* 15, 22. הֲהָיְתָה *an factum est? Joël.* 1, 2.

a. Prior illa praefigendi ratio etsi frequentior est, ex posteriore tamen orta mihi videtur, vt e. c. הַשָּׁמַע per celeriorem pronunciationem inualuerit pro הַשָּׁמַע, plane vt שֶׁהֵם, pro שֶׁהֵם, (*R.* 154. not.)

b. Addendum adhuc, ה per Chateph Patach praefixam interdum eandem habere vim asseueratiuam, quam *R. praec. not. f.* in ה demonstratiua obseruauimus; vt הֲנִגְלֹה נִגְלֵיתִי *ecce*, vel *sane*, *reuelando reuelatus sum*, 1 *Sam.* 2, 27. וַיְהִי הֲנָקֵל *et erat sane leue*, 1 *Reg.* 16, 31. הֲבֵן יָקִיר *sane filius charus*, *Jer.* 31, 20. &c. Neque id mirum. Nam ipsa illa vis interrogandi ex hac asseueratiua suam duxit originem. Veteres Hebraei rem, de qua interrogabant, affirmando exprimebant, sed pronunciationem ita moderantes, vt ea indubium interro-

gationis indicium praeberet. Inde est, quod saepe interrogationem, omissa peculiari eius nota, reperiamus; vt 1 *Sam.* 16, 4. verba שָׁלוֹם בּוֹאֶךָ proprie quidem notant *pacificus* est *aduentus tuus*, affirmatiuo sensu; verum illa, interrogantis voce atque tono prolata, valent: *an pacifcus* est *aduentus tuus?* Haec verbulo monenda duxi, ob controuersiam, quae, de ellipsi notae interrogationis, inter viros doctos agitatur.

R. 159. Praefixa וְ, ex Nomine וָו orta, valensque *et*, *atque*, hanc propriam vim habet, vt voces et sententias connectat; pro diuerso tamen connexionis modo diuersos vsus, qui variis Latinorum Particulis exprimuntur, admittit. Est illa vel *Copulatiua*, vel *Conuersiua Praeteriti*, vel *Conuersiua Futuri*.

a. *Copulatiua* est, quae solam copulandi seu connectendi vim habet. Praefigitur plerumque per scheva; vt שִׁפְחָה וְעֶבֶד *ancilla et seruus*; קָרָא וַאֲמַר *clamauit et dixit*.

Ante voces monosyllabas et bisyllabas penacutas etiam Kamets habere potest; vt וְרֶכֶב וָסוּס *et currus et equus*; וְשׁוֹר וָאַיִל *et bos et aries*.

Quodsi Vav scheva habeat, id, quibusdam in locis, obnoxium est mutationi.

*a.* quando vox incipit a litera schevata, Vav, pro Chirek ex scheuate, Schurek accipit, et in hac vocali quiescit, (*R.* 50. a.) vt וּלְכוּ *et ite*, pro וְלֵכוּ.

Sed ante Jod schevatam Chirek, vocalis eius quieti opportuna, manet; vt וִימִינָם *et dextra eorum*; וְיִחְיֶה *et viuat*.

*viuat.* Manet etiam in וְתִחְיֶה *et viue*, atque similibus; vel, (*R.* 42. a.) in Segol transit; vt וְהִיֶה *et esto.*

β. quando prima vocis litera scheva compositum habet, Vav, pro schevate, accipit vocalem breuem, (*R.* 50. b.) vt וַאֲנִי *et ego;* וַאֲמֶת *et veritas;* וַחֳלָיִם *et morbi.*

1. Potest etiam, tali in loco, quiescere in Schurek; vt וְזָהָב *et aurum*, *Gen.* 2, 12. וְצַעֲקִי *et clama*, *Jer.* 22, 20.

2. Ad Aleph fieri potest contractio, de qua *R.* 50. b. not. vt וַאדֹנִי *et dominus meus*, pro וַאֲדֹנִי; וֵאלֹהִים *et deus*, pro וַאלֹהִים.

γ. quando vox incipit aliqua literarum labialium בומף, Vav, pro schevate assumens Schurek, quiescit; vt וּבֵן *et filius*, pro וְבֵן; וּמָחָר *et cras*, pro וְמָחָר.

Sed Kamets manet, non mutatur, vt וָבֹהוּ *et inanitas.*

b. ו *Conuersiua Praeteriti* dicitur, quae, Praeterito praefixa, praeter illam vim copulatiuam simul etiam hanc habet, vt indicet, Praeteritum sumi pro Futuro Tempore, vel pro Imperatiuo, prout praecesserit vel Futurum, vel Imperatiuus, quocum illud connectatur. Praefigitur eodem prorsus modo, vt ו copulatiua; neque ab ea discerni potest, nisi in Personis Praeteriti adformante auctis penacutis, in quibus accentus ex penultima syllaba ad vltimam, ob ו conuersiuam, deducitur; vt תֵּלֵךְ וְלָקַחְתָּ *ibis et sumes*, *Gen.* 24, 4.

אָבוֹא וּמִלֵּאתִי *intrabo et implebo*, 1 *Reg.* 1, 14. דַּבֵּר וְאֶמַרְתָּ *loquere et dic*, *Lev.* 27, 2. קַח וְאֶסְפְתָּ *sume et collige*, *Gen.* 6, 21.

c. ו *Conuersiua Futuri* vocatur, quae, praefixa Futuro, praeter vim copulandi simul et eam habet, vt indicet, Futurum idem valere quod Praeteritum, postquam aliud Praeteritum, quocum illud connectatur, praecessit. Praefigitur per Patach, sequente dagesch forti; vt עָלָה הַשַּׁעַר וַיֵּשֶׁב *ascendit ad portam et consedit*, *Ruth.* 4, 1.

Ex litera schevata dagesch saepe excidit, (*R.* 28, b.) vt וַיְקַדֵּשׁ *et consecrauit*, *Gen.* 2, 3.

Ex א, Praeformante Futuri, omissum dagesch compensatur, Patach in Kamets producto; vt וָאֶשְׁמַע *et audiui*, 1 *Sam.* 15, 24.

R. 160. Reliquae Praefixae, ב, כ, et ל, quae abstrusioris sunt originis, communem, in praefixione, normam sequuntur.

ב Praepositio est notans *in*, *per*, *pro*, *propter*, &c.

כ Praepositio est significans *sicut*, *tanquam*, *secundum*, *iuxta*, *circiter*, &c.

ל datiui, rarius accusatiui, nota est, et Praepositio valens *ad*, *apud*, *in*, *erga*, *de*, &c.

Eae plerumque per scheva praefiguntur; vt בְּדֶרֶךְ *in via*; כְּעֵץ *sicut arbor*; לָאָרֶץ *terrae*, vel *ad terram*.

Si vox incipiat a litera scheuata, pro schevate accipiunt Chirek, (*R.* 50. a.) vt בִּמְגִלָּה *in volu-*

*volumine;* כִּכְלִי *ſicut vas;* לִבְנוֹ *filio eius.* Sed ante ſcheva compoſitum pro Chirek ea vocalis breuis, quae adeſt in ſchevatis compoſitione, ſubſtituitur, (*R.* 50. b.) vt בַּחֲלוֹם *in ſomnio;* כֶּאֱכוֹל *ſicut comedere;* לַחֲלִי *in morbum.*

De contractione, qua e. c. לַאֲדֹנָי abit in לַאדֹנָי, et לֵאלֹהִים in לֵאלֹהִים, vid. *not.* ad *R.* 50. b.

*Ante voces monoſyllabas et biſyllabas penacutas hae Praefixae etiam Kamets recipiunt;* vt בָּזֶה *in hoc;* כָּאֵלֶּה *ſicut illi;* לָנֶצַח *in perpetuum.* Praeſertim hoc fit ante tales Infinitiuos, non poſitos in regimine; vt לָקוּם *ad ſtandum;* לָלֶכֶת *ad eundum.*

R. 161. Praefixae ב, כ, et ל, recipiunt etiam adfixa pronomina.

a. A ב eſt בִּי *in me;* בָּנוּ *in nobis;* בְּךָ *in te;* m. בָּךְ *in te,* f. בָּכֶם *in vobis,* m. בָּכֶן *in vobis,* f. בּוֹ *in eo;* בָּהּ *in ea;* בָּהֶם, et בָּם, *in iis;* m. בָּהֶן *in iis,* f.

b. A ל ſimiliter eſt לִי *mihi, ad me;* לָנוּ *nobis, ad nos;* et ſic porro.

c. כ cum ſolis כֶּם et הֶם reperitur; vt ſit כָּכֶם *ſicut vos;* כָּהֶם *ſicut illi.*

Reliqua adfixa non ad ſolam כ accedunt, ſed ad Particulam ſeparatam כָּמוֹ, ex כ et Nomine מוֹ *ſpecies, inſtar,* compoſitam; vt ſit כָּמוֹנִי *ſecundum ſpeciem mei,* ſ. *ad inſtar mei,* h. e. *ſicut ego;* כָּמוֹנוּ *ſicut nos;* כָּמוֹךָ *ſicut tu;* כְּמוֹכֶם *ſicut vos;* כָּמוֹהוּ *ſicut ille;* כָּמוֹהָ *ſicut illa;* כְּמוֹהֶם *ſicut illi.*

R. 162. a. Eaedem Praefixae ב, כ, et ל, quando ante He demonstratiuam ponuntur, talis fieri solet contractio, vt He elidatur, eiusque vocalis ad Praefixas referatur; vt בַּבַּיִת *in domo*, pro בְּהַבַּיִת; כָּאִישׁ *sicut vir*; pro כְּהָאִישׁ; לַחֹדֶשׁ *ad mensem*, pro לְהַחֹדֶשׁ; בָּחֳרָבָה *in arida*, pro בְּהֶחָרָבָה.

Interdum, omissa contractione, He demonstratiua manet; vt בְּהַדֶּרֶךְ *in via*, *Neh.* 9, 10. לְהָעָם *populo*, 2 *Chron.* 10, 7. כְּהַחַלֹּנוֹת *sicut feneſtrae*, *Ezech.* 40, 25. כְּהֶחָכָם *sicut ſapiens*, *Eccleſ.* 8, 1.

b. Simili contractione in Infinitiuis He ſeruilis et characteriſtica nonnunquam eliditur poſt easdem Praefixas; vt בְּכָשֵׁל *in impelli*, *Prov.* 24, 17. pro בְּהִכָּשֵׁל; לִשְׁמֹעַ *ad faciendum audire*, *Pſ.* 26, 7. לָבִיא *ad adducendum*, *Jer.* 39, 7. pro לְהָבִיא.

R. 163. Ad finem vocum quae accedunt Particulae inſeparabiles, ſunt quinque literae, dictae *paragogicae*, אהוין. Adduntur vel ad augendam certo modo ſignificationem, vel ad ſolam elegantiam, vel denique per quendam pleonaſmum.

R. 164. א paragogica interdum, ſed rarius, additur, per pleonaſmum, vocibus in Kamets, vel Schurek, exeuntibus; vt אַתִּיקָוָהא *periſtylia eius*, *Ezech.* 41, 15. חָלְכוּא *iuerunt*, *Joſ.* 10, 24. יִנָּשׂוּא *portabuntur*, *Jer.* 10, 5.

R. 165. ה paragogica, quae vſus eſt frequentiſſimi, duplex eſt, altera vocum formam et ſignificationem augens, altera mere pleonaſtica.

a. *Prior*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn863031765/phys_0250
DFG

a. *Prior* formam vocum auget noua ſyllaba. Ad voces enim non in vocalem, ſed in conſonantem, deſinentes, accedit vna cum vocali ſibi propria, in qua quieſcat. Ea vocalis plerumque eſt Kamets, rarius Tſeri, aut Segol; vt אֲסַפְּרָה, ab אֲסַפֵּר *narrabo;* אַרְצָה, ab אֶרֶץ *terra;* הִנֶּה, ab הֵן *ecce;* אֵלֶּה, ab אֵל *illi, illae.*

Huius ה cum vſus, tum vis et poteſtas ſignificandi, paulo diſtinctius exponi debent.

α. Quod ad vſum eius attinet, accedere poteſt ad Verba, Nomina, Pronomina, et Particulas.

א. Verba eam admittunt

1. in Infinitiuis maſculinis; vt פְּשֹׁטָה, *Jeſ.* 32. 11. a. פְּשֹׁט *ſpoliare;* רַגְזָה, ibid. a. רָגַז *tremere*, Patach, ob accentum praeſentem, in Kamets producto. Sic שְׁאָלָה *poſtulare*, *Jeſ.* 7, 11. שְׁמָעָה *audire*, *Dan.* 9, 19. סְלָחָה *condonare*, ibid. תְּנָה *ponere*, *Pſ.* 8, 2. a תֵּן.

2. in Praeteritorum tertiis perſonis ſingularibus, et ſecundis pluralibus, vt נָחָה, *Jeſ.* 7, 2. a נָחַ *recubuit;* לָנָה, *Zach.* 5, 4. a לָן *pernoctauit;* נִפְלֵאתָה, 2 *Sam.* 1, 26. a נִפְלָאָה *mira fuit*, vbi Adformans ה in ת tranſire debuit; הִשְׁלַכְתָּנָה, *Amoſ.* 4, 3. ab הִשְׁלַכְתֶּן *proieciſtis.*

3. in Futurorum perſonis nulla Adformante auctis; quibus illa accedit ſecundum leges Adformantium aſyllabarum ſupra indicatas; vt נִשְׁרְפָה, *Gen.* 11, 3. a נִשְׂרֹף *vremus;* יִדְשְׁנָה, *Jſ.* 20, 4. a יִדְשֵׁן *in cinerem rediget;* נִשְׁלְכָה, *Pſ.* 2, 3. a. נַשְׁלִיךְ *proiicie-*

 *mus;*

mus; תָּרֹנָּה, Prov. 8, 3. a תָּרַן vociferabitur; אָשׁוּבָה, Gen. 30, 31. ab אָשׁוּב reuertar; אָגִילָה, Pſ. 9, 15. ab אָגִיל exſultabo.

Sed ſi tertia radicalis ſit Aleph, vocalis, accentu deducto, manere ſolet; vt אֶקְרָאָה, 1 Sam. 28, 15. ab אֶקְרָא vocabo.

Quieſcentia tertia He, accedente He paragogica, illam elidunt; vt אֶשְׁעָה, Pſ. 119, 117. ab אֶשְׁעָה inruebor. Sed נִשְׁתָּעָה, Jeſ. 41, 23. eſt a נִשְׁתָּע, forma apocopata, ex נִשְׁתָּעֶה reſpectabimus.

4. in Imperatiuorum ſecunda perſona ſing. maſc. cui item additur more Adformantium aſyllabarum; vt שִׁכְבָה, Gen. 39, 7. a שְׁכַב cuba; אִסְפָה, Num. 11, 16. ab אֲסֹף collige; שִׁמְרָה, Pſ. 25, 20. a שְׁמֹר custodi; חַלְּצָה, Pſ. 6, 5. a חַלֵּץ eripe; זְעָמָה, Num. 23, 7. a זְעַם (quod eſt Speciei Pohel) exſecrare; הַקְשִׁיבָה, Pſ. 5, 3. ab הַקְשִׁיב attende; שִׁבָה, 2 Sam. 15, 27. et שׁוּבָה, Jeſ. 44, 22. a שׁוּב reuertere; לְכָה, 2 Reg. 10, 16. a לֵךְ vade. Pro hoc לְכָה interdum, omiſſa He, ſcribitur לֶךְ; vt Num. 23, 13. 2 Chron. 25, 17. Simile eſt אֶכְבַּד honorabor, Hagg. 1, 8.

Ad tertiam radicalem Aleph, vt in Futuro, ita et in Imperatiuo, vocalis terminalis, deducto accentu, ſeruatur; vt רְפָאָה, Pſ. 41, 5. a רְפָא ſana.

5. in Participiis ſing. maſc. vt בֹּעֲרָה, Hoſ. 7, 4. a בֹּעֵר ardens; נִמְלָטָה, Jer. 48, 19. a נִמְלָט elapſus.

2. Nomina He paragogicam recipiunt singularia vtriusque generis, dualia, et masculina pluralia, accentu ad syllabam penultimam relicto; vt לַיְלָה, a לַיִל *nox*; עַוְלָתָה, ab עַוְלָה *iniquitas*; מִצְרָיְמָה, a מִצְרַיִם *Aegyptus*; יָמְמָה, a יָמִים *dies*. Sed si Nomen desinat in vocalem breuem, ob regimen pro longa substitutam, accentus, illa sublata, adhaeret vltimae syllabae; vt a מִזְרַח, pro מִזְרָח, *ortus* solis, non est מִזְרָחָה, sed מִזְרָחָה, *Deut.* 4, 41. *Jos.* 12, 1.

Ob regimen He paragogica nullam subit mutationem, vt אַרְצָה הַנֶּגֶב *ad terram austri*, *Gen.* 20, 1. הָאֹהֱלָה שָׂרָה *ad tentorium Sarae*, *Gen.* 24, 67.

3. Pronominibus additur tam separatis, quam adfixis, quae ei recipiendae apta sunt; vt אַתֶּנָה *vos*; הֵמָּה *ipsi*; הֵנָּה *ipsae*; אֵלֶּה *illi*, *illae*; לָכֶנָה *vobis*; זִמַּתְכֶנָה *scelus vestrum*; גְּוִיֹּתֵיהֶנָה *corpora earum*; קִרְבָּנָה *venter earum*; אֹתָנָה *eas*; כְּלָנָה, et כְּלֵהֶנָה, *complexus earum*; לְרָתָנָה *parere earum*.

Videtur haec paragoge etiam ante Adfixa stare potuisse, sed He, quia in media voce non quiescit, in vicinam Aleph transeunte. Exemplum est in אֶמְאָסֵךְ *spernam te*, *Hos.* 4, 6. (sic enim scribendum puto pro אֶמְאָסָאךְ) ab אֶמְאָסָה, quod ab אֶמְאָס.

4. Particulae denique aliae eam admittunt bene multae; vt שָׁמָּה *ibi*, a שָׁם; אָנָּה, et אָנָה, *quo?* ab אָן; אַיֵּה *vbi?* ab אַי; הִנֵּה, et הִנֶּה, *ecce*, ab הֵן; מַעְלָה *sursum*, a מֵעַל; מַטָּה *deorsum*, a מֵטַּה; &c.

β. Vim et potestatem haec He paragogica non semper eandem habet, sed variam.

א. *demonstratiuam*, praesertim in Pronominibus; vt אַתֶּנָּה proprie valet *vos ecce, vosmet*; הֵמָּה *ipsi ecce, ipsemet*; מַלְאָכְכָה *nuntius tuus ille*; et in quibusdam Particulis, vt שָׁמָּה *ibi ecce*; עַתָּה *tempore hoc, nunc.*

ב. *assueratiuam*, in Verbis; vt נָתָה *recubuit omnino*; אֶשְׁמְרָה *custodiam omnino*; הוֹשִׁיעָה *serua vtique.*

ג. *optatiuam*, in Futuris; vt אֶשְׂמְחָה וְאֶעְלֹצָה *laetor et exsultem*, *Ps.* 9, 3. נְנַתְּקָה *disrumpamus*, et נַשְׁלִיכָה *proiiciamus*, *Ps.* 2, 3. יְחִישָׁה *acceleret*, תָּבוֹאָה *veniat*, et נֵרָעָה *cognoscamus*, *Jes.* 5, 19.

ד. *intensiuam*, tam in Verbis, quam Nominibus; vt נִפְלְאָתָה *mira fuit admodum*; תְּרֹנָּה *vociferabitur valde*; רָגְזָה *tremere admodum*; תְּנָה *ponere*, in admiratione, *Ps.* 8, 2. בְּעֵרָה *ardens vehementer*; קָדְמָה *eurus vehemens*; קִפְדָּה *exitium graue*; מְזִמָּתָה *scelus atrox*; אֵין יְשׁוּעָתָה *non est salus vlla*, *Ps.* 3, 3. הַשְׁפָּלָה *humile admodum*, *Ezech.* 21, 26.

ה. *localem*, in Nominibus, atque Particulis; et quidem notat

vel *motum ad* —; vt אַרְצָה *terram versus, ad terram*; בֵּיתָה *ad domum*; קֶדְמָה *orientem versus*; נֹבָה *Nobam versus*; יְמֹמָה *in dies*; מִפְּנִימָה *ab eo* quod est *versus interius*, q. d. *ab introrsum*; לַנֶּגְבָּה *ad*

*ad* id quod est *versus austrum*; נֶגְבָּה *ad conspectum, coram*; אָנָה *quo?* מַעְלָה *sursum*; מַטָּה *deorsum.*

vel *quietem in* —; vt אַרְצָה *in terra*, *Gen.* 28, 12. בָּבֶלָה *in Babele*, *Jer.* 29, 15. לַיְלָה *in nocte.*

ו. ad solam elegantiam interdum addi videtur; vt הַחַרְסָה *sol*, *Jud.* 14, 18. הַלַּיְלָה *illa nox*, *Job.* 3, 3. וַנָּצוּמָה וַנְּבַקְשָׁה *et ieiunabamus, et quaerebamus*, *Esr.* 8, 23.

b. *Posterior* ה paragogica vocibus in Kamets exeuntibus interdum adnectitur, per solum scribendi pleonasmum; vt אַתָּה, pro אַתְּ, *tu*; נָתַתָּה, pro נָתַתְּ, *dedisti*; יָדָה, pro יָדְךָ *manus tua.* Praesertim haec ה adhibetur post elisam ה Adfixi הָ; vt וּבְלָעָהּ *absorbebit eam*, ex יִבְלָעֶנָּה; אֵינֶנָּה *non est ipsa*, ex אֵינֶנָּה.

R. 166. ו paragogica, in Cholem quiescens, ab adfixo pronomine וֹ non est diuersa, nisi quod, cum quadam elegantia, redundet. Additur interdum Nominibus in regimine positis; vt בְּנוֹ בְעוֹר *filius Beboris*, pro בֶּן, *Num.* 24, 3. 15. חַיְתוֹ־אֶרֶץ *bestia terrae*, pro חַיַּת, *Gen.* 1, 24. *Ps* 79, 2. לַמְעֻנוֹ־מָיִם *in scatebram aquarum*, pro לַמְעַן, *Ps.* 114, 8.

In יַחְדָּיו vel יַחְדָּן, Vav paragogica, plane vt adfixum pronomen ad Nomen plurale, per Kamets accedit ad veterem formam pluralem יַחְדִים, quae venit a sing. יָחַד *vnitio*, et hinc, vsu Particulae, *vna.* Ita יַחְדָּיו proprie

proprie est *vnitionibus suis*, atque etiam ipsum vt Particula, valens *vna*, *coniunctim*, vsurpatur.

R. 167. י paragogica, quiescens in Chirek, ab adfixo pronomine יִ non differt, nisi quod per pleonasmum, aliquid elegantiae habentem, accedat. Ita occurrit

a. in Nominibus et Participiis; vt בְּנִי אֲתֹנוֹ *filium asini sui*, pro בֶּן, *Gen.* 49, 11. רַבְּתִי בַגּוֹיִם *magna inter gentes*, pro רַבָּה, *Thren.* 1, 1. אֲסִרִי *ligans*, pro אֹסֵר *Gen.* 49, 11. גְּנֻבְתִי יוֹם *furto ablatum diei*, et גְּנֻבְתִי לַיְלָה *furto ablatum noctis*, pro גְּנֻבָה, *Gen.* 31, 39. Adde Infinitiuos; vt לְהוֹשִׁיבִי *ad collocandum*, *Pſ.* 113, 8.

b. In Particulis; vt מִנִּי־בֶטֶן *a ventre*, et מִנִּי־רֶחֶם *ab vtero*, pro מִן, *Jeſ.* 46, 3. בִּלְתִּי הַיּוֹם *praeter hunc diem*, ex בִּלְתִּ, *Gen.* 21, 26. זוּלָתִי קוֹל *praeter vocem*, ex זוּלָתִ, *Deut.* 4, 12.

c. rarius in Verbis; vt וַתִּזְנִי *et ſcortata eſt*, pro וַתִּזֶן, forma apocopata ex תִּזְנֶה, *Jer.* 3, 6. אַל־תִּמְחִי *ne deleas*, pro תִּמַּח, forma apocopata ex תַּמְחֶה, *Jer.* 18, 23.

R. 168. ן paragogica saepe accedit ad Verba, praesertim Futura, et ad quasdam Particulas, quales sunt אַי *vbi?* אַיִן *non est*; יֵשׁ *exiſtit*; הֵן *ecce*; עוֹד *adhuc*.

a. Plerumque ea praemittit sibi Segol, vel Patach,

Patach, accentu ſimul deducto, vt a פָּקַד fiat פָּקְדֶן vel פָּקְדֵן; a יִפְקֹד item יִפְקְדֶן vel יִפְקְדֵן; ab עוֹדֶן עוֹד; &c.

In Verbis, tertiam radicalem He habentibus, ea ante Nun eliditur; vt יִרְדֶּן *dominabitur*, a יִרְדֶּה; יַכֶּן *percutiet*, a יַכֶּה; עוֹנֶן *reſpondens*, ab עוֹנֶה.

Hac ratione accedens Nun rarioris vſus eſt, niſi ante Pronomina adfixa ponatur, vt ſtatim dicetur. Exſtat tamen יְחִיתַן *imminebit*, *Hab.* 2, 17. a יָחִית, et, cum Tſeri ante Nun, תִּתֵּן *dare*, *ponere*, a תֵּת, ex תֶּנֶת contracto, 1 *Reg.* 6, 19. 17, 14.

Creberrime haec forma paragogica vſurpatur ante adfixa quaedam Pronomina, praeſertim נִי, ךָ, הוּ, et הָ, quae ei adduntur ſine puncto adglutinationis, vt Nun paragogica eo fortius pronuncietur et audiatur; vt a יְכַבְּדֵן eſt יְכַבְּדֵנְנִי *honorabit me*, *Pſ.* 50, 23. ab אֶתְּקֵן, quod ab אֶתֹּק pro אֶנְתֹּק, eſt אֶתְּקֶנְךָ *euellam te*, *Jer.* 22, 24. a יְבָרְכֵן, quod a יְבָרֵךְ, eſt יְבָרְכֶנְהוּ *benedicet ei*, *Pſ.* 72, 15. &c.

α. Literae Nun adfixorum נִי et נוּ Nun paragogica per dageſch forte inſeri ſolet, ſolo ſcribendi compendio, vt דָּנַנִּי *iudicauit me*, pro דָּנַנְנִי, a דָּנַן, quod a דָּן, *Gen.* 30, 6. Sic יִסְּרַנִּי *caſtigauit me*, *Pſ.* 118, 18. תְּבָרֲכַנִּי *benedicat mihi*, *Gen.* 27, 19. יוֹעִידֶנִּי *condictionem ſtatuet mihi*, *Jer.* 49, 19. 50, 44. אֵינֶנִּי *non ſum ego*, *Jer.* 14, 12. Item יִצְּרֵנּוּ *ſeruabit nos*, pro יִצְּרֶנְנוּ, *Pſ.* 12, 8. וַיְכֻנֶּנּוּ *et confouit nos*, *Job.* 31, 15.

β. Lite-

β. Literae Caph adfixi ךָ Nun paragogica saepe per dagesch inseritur, euphoniae causa; vt בָּרַכְךָּ *benedixit tibi*, pro בָּרַכְתִּיךָ, *Deut.* 24, 13. Sic מְיַסְּרְךָּ *castigans te*, *Deut.* 8, 5. עֹנְךָּ *respondens tibi*, *Job.* 5, 1. צַדְּקְךָּ *iustificare te*, *Job.* 33, 32. הִנְּךָ *ecce te*, ab הִנֵּה, quod ab הֵן, *Ps.* 139, 8. אַיֶּכָּה *vbi tu?* ab אַיֵּה, quod ab אַי *Gen.* 3, 9.

γ. Adfixorum הוּ et ה litera He, per celeriorem pronunciationem, absorberi solet, Nun paragogica per dagesch duplicata; vt תִּפְקְדֶנְּהוּ *inspicies eum*, pro תִּפְקְדֶהוּ, *Ps.* 8, 5. יַכֶּנְּהוּ *percutiet eum*, 1 *Sam.* 17, 25. קָחֶנְּהוּ *accipe eum*, 1 *Sam.* 20, 21. אֵינֶנְּהוּ *non est ipse*, *Gen.* 30, 33. עוֹדֶנְּהוּ *adhuc ipse*, *Gen.* 18, 22. Item יְבַלְּעֶנָּה *absorbebit eam*, pro יְבַלְּעֶהָ, *Jes.* 28, 4. שְׁמַעֶנָּה *audi eam*, *Job.* 5, 27. קָחֶנָּה *accipe eam*, *Jer.* 36, 14. תְּנֶנָּה *da eam*, 1 *Sam.* 21, 10. יְחַמֶּנָּה *incalescere eam* *Gen.* 30, 41. אֵינֶנָּה *non est ipsa*, *Lev.* 13, 21. In his assumta est ה paragogica, (*R.* 165. b.)

δ. Adfixum וֹ, accentum ad se deducens, efficit, vt vocalis Nun paragogicam praecedens tollatur; vt קָבְנוֹ *exsecrare eum*, *Num.* 23, 13. quod est pro קָבֶנּוֹ, dagesch ex litera schevata excidente, a קָבֶן, quod est a קְבָב, Imperat. Verbi קָבַב. Simile est יָשְׁנוֹ *exstitit ipse*, 1 *Sam.* 14, 39. 23, 23. a יֶשֶׁן, quod a יֵשׁ.

Eadem illa forma paragogica admittitur etiam in Futuris Verborum ante Adformantem נָה, vt

a

a תִּפְקְדֶנָּה fiat תִּפָּקְדֵנָּה, et, pro eo, תִּפְקְדֶנָּה; vt תְּמוּתֶנָּה *morientur*, f. *Ezech.* 13, 19. תַּעֲנֶנָּה *respondebunt*, f. *Jud.* 5, 29.

In תִּרְאֶינָּה *videbunt*, f. *Mich.* 7, 10. manſit Jod, tertia radicalis, ad originis indicium, vt ſaepe alibi.

b. Nun paragogica nude additur Perſonis Verborum in Adformantes aſyllabas וּ vel יִ deſinentibus, accentu, ſi ſtet ad ſyllabam penultimam, quoque deducto; vt יָדָעוּן *nouerunt*, a יָדַע, *Deut.* 8, 3. יִשְׁאֲבוּן *haurient*, *Ruth.* 2, 9. יִשְׁכְּבוּן *cubabunt*, pro יִשְׁכְּבוּן. 1 *Sam.* 2, 22. יְשׁוּבוּן *reuertentur*, a יָשׁוּבוּ, 1 *Reg.* 8, 35. תֶּעָשִׂין *facies*, f. *Ruth.* 3, 4. תָּחִילִין *paries*, f. a תָּחִילִי, *Jeſ.* 45, 10.

Futurorum vocalis terminalis, ante Adformantes aſyllabas ſublata, accedente Nun paragogica interdum reſtituitur, ad maiorem dictionis grauitatem et emphaſin; vt יְדֻרוּן *fugiebant*, *Pſ.* 68, 13. pro יְדֻדוּן, a יִדַּד, quod a נָדַד; יִכָּרְתוּן *exſcindentur*, *Joſ.* 3, 13. pro יִכָּרְתוּן, a יִכָּרֵת, תִּדְבָּקוּן *adhaerebis*, f. *Ruth.* 2, 8. a. תִּדְבְּקוּן, quod a תִּדְבַּק, Patach, vt ſyllabam compleat, in Kamets producto; ita et תִּשְׁתַּכְּרִין *inebriabis te*, f. 1 *Sam.* 1, 14. a תִּשְׁתַּכְּרִין, quod a תִּשְׁתַּכַּר; &c.

Frequenter etiam haec forma poſt Nun paragogicam adfixa Pronomina aſſumit; quae, ſi ſint ſyllabica, ſine puncto adglutinationis adduntur, ob rationem ſuperius indicatam; vt יִקְרָאוּנְנִי,

vel

vel יִקְרָאֻנְנִי, *vocabunt me, Prov.* 1, 28. יְשַׁבְּחוּנְךָ *laudabunt te, Ps.* 63, 4. יַעַבְרֻנְהוּ *transibunt eum, Jer.* 5, 22. יִמְצָאוּנְהָ *inuenient eam, Jer.* 2, 24. Sed asyllaba punctum adglutinationis requirunt; vt יִלְכְּדֻנוֹ *capient eum, Prov.* 5, 22. יְשָׁרְתוּנֶךָ *ministrabunt tibi, Jes.* 60, 7.

Caeterum quod ad vim et potestatem Nun paragogicae attinet, ea non alia esse videtur, quam asseueratiua et intensiua. Hanc enim ipse fortior literae sonus quodammodo dat sentiendam. Sic e. c. 1 *Sam.* 17, 25. אֲשֶׁר יַכֶּנּוּ יַעְשְׁרֶנּוּ הַמֶּלֶךְ *qui percusserit illum, hunc ditabit rex*, vti sonus fortior est, quam si scriptum esset יַכֵּהוּ et יַעְשְׁרֵהוּ, ita et grauior asseuerandi atque intendendi vis non obscure exseritur. Interdum tamen illa Nun potius elegantiae, quam emphaseos, caussa accedit; e. c. nullibi occurrit עוֹדוֹ *adhuc ille*, sed pro eo semper עוֹדֶנּוּ vsurpatum est, quod hoc elegantius censeretur. Ita factum est in aliis bene multis.

## *SECTIO X.*

## DE MVTATIONIBVS QVIBVSDAM, QVAS ACCENTVS SVBIT ET EFFICIT.

R. 169. De singulis orationis partibus postquam egimus, restant aliquae mutationes, quas, certis in locis, et speciales ob causas, accentus tonicus partim ipse subit, partim quibusdam formis vocum adfert.

R. 170.

R. 170. Accentus tonicus, certis in casibus, mutat situm suum, et a propria atque natiua sua sede discedens, impropriam occupat; vnde interdum, ipsis in vocibus, mutationes quaedam contingunt. Illud fit vel ita, vt accentus ex penultima syllaba ad vltimam descendat, vel ita, vt ex vltima ad penultimam retrahatur.

R. 171. Ex penultima syllaba ad vltimam deducitur accentus in Personis penacutis Praeteritorum, quando praeponitur Vav Conuersiua; vt וְקִדַּשְׁתִּי *et consecrabo*, a קִדַּשְׁתִּי, *Exod.* 29, 44. וְנָאֵסַפְתָּ *et colligeris*, *Num.* 27, 13. וְהִבְדִּילָה *et separabit*, f. *Exod.* 26, 33. וְחָקוֹתָ *et sculpe*, *Ezech.* 4, 1. וְרַבָּה *et multiplicabitur*, f. *Jes.* 6, 12. וְשַׂמְתָּ *et pones*, *Lev.* 24, 6. וְשָׁבָה *et reuertetur*, f. *Lev.* 22, 13. וְשָׂמוּ *et ponent*, *Num.* 6, 27. וּבָאתָ *et ingredieris*, *Gen.* 6, 18.

Non tamen ideo tolluntur (*R.* 40. a.) vocales longae in tertia syllaba ab accentu tonico positae, sed accentu euphonico fultae manent; vt וְשָׁכַנְתִּי *et habitabo*, *Exod.* 29, 45. וְאָפִיתָ *et coques*, *Lev.* 24, 5. וְהֵבֵאתָ *et adferes*, *Exod.* 26, 33. וְהֵבִיאָה *et adferet*, f. *Lev.* 15, 29.

Interdum tamen accentus seruat locum ordinarium, praesertim in prima persona plurali; vt וְלָקַחְנוּ *et accipiemus*, *Gen.* 34, 17. וְהָלַכְנוּ *et abibimus*, ibid. Nec non in Verbis tertia radicali quiescentibus; vt וְיָרֵאתָ *et metues*, *Lev.* 19, 32. וְגָלִיתִי *et reuelabo*, 1 *Sam.* 20, 12.

R. 172. Ex vltima ſyllaba ad penultimam accentus retrahitur ob has quatuor rationes:

a. ob praepoſitam Vav Conuerſiuam Futuri;

b. ob ſingularem emphaſin, qua vox pronunciatur;

c. ob vicinitatem accentus ſequentis;

d. ob dignitatem accentus pauſantis.

R. 173. a. *Primo*, accentus ex vltima ſyllaba ad penultimam retrahitur ob Vav Conuerſiuam Futuro praepoſitam, ſi forma Verbi id permittat.

Forma Verbi accentus retractionem permittit, ſi vltima ſyllaba deſinat in literam radicalem, atque ſimul penultima ſit pura, non mixta. Sic a יִפְקֹד fit וַיִּפְקֹד; ſed a יִפְקְדוּ manet וַיִּפְקְדוּ; a יִפְקֹדְ quoque manet וַיִּפְקֹדְ.

Retracto accentu vocalis longa vltimae ſyllabae, in literam mobilem exeuntis, corripienda eſt in oppoſitam breuem, (*R.* 36.) vt וַיִּנָּגֹף *et percutiebatur*, a יִנָּגֹף; וַיֹּאמֶר, vel וַיֹּאמֶר, *et dicebat*, a יֹאמַר; וַיְבָרֶךְ *et benedicebat*, a יְבָרֶךְ; וַתֵּלֶךְ *et abibat*, f. a תֵּלֶךְ; וַיּוֹלֶד *et gignebat*, a יוֹלֶד; וַיָּמָת *et moriebatur*, a יָמוּת vel יָמוֹת; וַתְּכוֹנֵן *et confirmabas*, a תְּכוֹנֵן; וַתִּתְפָּעֵם *et conſternabatur*, f. a תִּתְפָּעֵם.

α. In Specie Hiphil, nec non in Verbis media Jod quieſcentibus, vocalis terminalis, quando in breuem oppoſitam corripienda eſt, non Chirek, ſed Tſeri, aſſumi ſolet; vt a יָקֵם fit וַיָּקֶם *et erigebat*, ſed וַיָּקֵם, a יָקִים, non eſt in vſu. Similiter a יָלֵן non formatur וַיָּלֶן, ſed

a

a וָיָלַן fit וַיָּלֶן *et pernoctabat*, *Gen.* 28, 11. *Jos.* 8, 9. item וַיָּנַח *et quiescebat*, *Exod.* 10, 14. est a יָנַח, pro יָנִיחַ. Conf. *R.* 80.

Semel tamen exstat וַתֵּרַץ *et confringebat*, f. *Jud.* 9, 53. a תָּרַץ, in Hiphil a רָצַץ.

β. Si vltima litera non sit mobilis, sed quiescens, correptione vocalis longae non est opus; vt וַיָּבֵא *et adducebat*, *Gen.* 4, 3.

γ. Retractio haec accentus non est perpetua, sed interdum negligitur; vt וָאֵשְׁבָ *et sedebam*, 1 *Reg.* 8, 20. וַיִּלְכֹּד *et capiebatur*, 1 *Sam.* 10, 20. 21. praesertim si tertia radicalis sit Aleph; vt וַיֵּצֵא *et egrediebatur*, *Gen.* 28, 10. nec non in pausa; vt וַיָּמָת *et moriebatur*, *Gen.* 5, 5.

b. Peculiare quid habent Futura Verborum tertia He quiescentium. Ea enim quando in ipsam hanc literam exeunt, neque aucta sunt finali quodam incremento, propter praepositam Vav Conuersiuam non tantum accentus retractionem, sed et inde ortam literae quiescentis atque vocalis terminalis apocopen, patiuntur; vt ita forma eorum apocopata adhibeatur, quae descripta est superius, (*R.* 83.) vt וַיְכַל *et absoluebat*, ex יְכַלֶּה; וַיַּךְ *et percutiebat*, ex יַכֶּה; וַיַּרְא *et videbat*, ex יִרְאֶה et וַיִּרְאֶה; וַיִּשְׁתְּ *et bibebat*, ex יִשְׁתֶּה; וַיִּקְשׁ *et durus erat*, ex יִקְשֶׁה; וַיִּתֶּרֶב *et augebatur*, f. ex תִּתְרַבֶּה; וַיַּעַשׁ *et faciebat*, ex יַעֲשֶׂה; וַיִּפֶר *et foecundabat*, ex יַפְרֶה; וַיְהִי *et fiebat*, ex יִהְיֶה. Plura exempla repetantur ex *Reg. cit.* 83.

Nonnunquam accentus non retrahitur, et forma manet integra; vt וַנִּהְיֶה *et eramus*, 2 *Sam.* 11, 23. וַתִּבְכֶּה *et plorabat*, 1 *Sam.* 1, 7.

R. 174. *Secunda* ratio retracti ex ſyllaba vltima ad penultimam accentus poſita eſt in ſingulari emphaſi, qua vox pronunciatur, vti fit in mandato, hortatione, precatione, vel in interdicto, dehortatione, deprecatione, vel in voto, vel vbi grauior quidam ſubeſt animi adfectus.

a. Talem ob cauſam accentus nonnunquam retrahitur in Futuris et Imperatiuis; vt אַל־תֶּשֶׁב *ne auertas*, 1 *Reg.* 2, 20. pro תָּשֶׁב; אַל־תּוֹכַח *ne redarguas*, *Prov.* 9, 8. pro תּוֹכַח; אַל־תּוֹסֵף *ne addas*, *Prov.* 30, 6. (vbi abſorpta ſimul eſt, ob grauiorem adfectum, vocalis terminalis) pro תּוֹסֵף; אַרְוֵךְ *irrigabo te*, f. pro אַרְוֶךָּ, ex אָרַוְ, *Jeſ.* 16, 9. הִשָּׁמֶר *caue*, pro הִשָּׁמֵר; בְּצַעֵם *concide eos*, *Amos* 9, 1. pro בְּצָעֵם; הָבָה *dato*, et *age*, *agendum*, *Gen.* 11, 3. 4. pro הָבָה, quod exſtat *Gen.* 29, 21. ſic הָבִי *dato*, f. *Ruth.* 3, 15. הָבוּ *date*, *agite*, *Gen.* 47, 16. *Deut.* 1, 13. &c.

b. Potiſſimum ea ratio retracti accentus locum habet in Futuris et Imperatiuis Verborum tertia He quieſcentium, vbi item forma eorum apocopata adhibetur. (*R.* 83.)

Ita ſe habent Futura, יִרְדְּ *dominetur*, *Pſ.* 72, 8. ex יִרְדֶּה; יִמַּח *deleatur*, *Pſ.* 109, 13. ex יִמְחֶה; יַפְתְּ *dilatet*, *Gen.* 9, 27. ex יַפְתֶּה; יְהִי *ſit*, *Gen.* 1, 3. ex יִהְיֶה; אַל־תֶּשְׁתְּ *ne bibas*, *Leu.* 10, 9. ex תִּשְׁתֶּה; אַל־יִרְא

אַל־תֵּרֶף *ne relaxes*, *Pſ.* 138, 8. ex תַּרְפֵּהּ; אַל־תְּהִי *ne ſit*, *Job.* 6, 29. ex תְּהִיֶה; &c.

Seruatur tamen interdum poſt אַל, prohibendi particulam, forma ordinaria; vt אַל־אֶרְאֶה *ne videam*, *Gen.* 21, 16. אַל־יִרְאֶה *ne videat*, *Job.* 3, 9.

Imperatiuorum formae apocopatae exempla ſunt, גַּל *reuela*, *Pſ.* 119, 18. ex גַּלֵּה; הַךְ *percute*, *Amos.* 9, 1. ex הַכֵּה; הֶרֶב *multiplica*, *Pſ.* 51, 4. ex הַרְבֵּה; הַעַל *fac aſcendere*, *Exod.* 33, 12. ex הַעֲלֵה; הִתְחַל *aegrotum te ſimula*, 2 *Sam.* 13, 5. ex הִתְחַלֵּה; &c.

c. Eadem Verba tertia He quieſcentia nonnunquam in Perſonis Adformante aſyllaba auctis, ad augendam ſermonis emphaſin et grauitatem, accentum ex vltima ſyllaba retrahunt ad vocalem terminalem, quae, vna cum originali litera Jod reſtituitur; vt בְּךָ חָסְיָה נַפְשִׁי *in te confiſa eſt anima mea*, *Pſ.* 57, 2. pro חָסְתָה, ex veteri forma perfecta חָסְיָה, a חָסָה pro חָסַי; יִשְׁלָיוּ *tranquilli ſunt*, *Job.* 12, 6. *Pſ.* 122, 6. pro יִשְׁלוּ, quod ex יִשְׁלִיוּ; יֵאָתְיוּ *veniant*, *Pſ.* 68, 32. pro וְיֵאתוּ; הָתָיוּ *adducite*, *Jer.* 12, 9. pro הָתוּ.

d. In Nominibus et Particulis rarius, talem ob cauſam, accentus retrahitur. Pro ſpecimine ſint, רַבָּתִי עָם *magna populi*, רַבָּתִי בַגּוֹיִם *magna inter gentes*, שָׂרָתִי בַּמְּדִינוֹת *princeps inter regiones*, pro רַבָּתְי et שָׂרָתְי, ob-adfectum lugentis, *Thren.* 1, 1.

Item לָמָּה, vel לָמָּה, nec non, cum dageſch euphonico, לָמָּה, *propter quid? quare?* pro לָמָה, vel לָמָּה, ſaepe adhibitum in interrogatione, vbi ſubeſt adfectus exprobrantis, vel conquerentis, vel alius ſimilis. Adde אָנִי *ego*, cum emphaſi pronunciatum, pro אָנֹכִי, *Ezech.* 17, 16. 22.

R. 175. *Tertio*, ex vltima ſyllaba ad penultimam ſaepe retrahitur accentus propter vicinitatem accentus ſequentis. Hoc fit, quando duae voces, ipſo ſenſu et conſtructione arctius cohaerentes, ita concurrunt, vt prior accentum habeat in vltima ſyllaba, poſterior vel monoſyllaba ſit, vel biſyllaba penacuta. Tunc enim concurſus duarum ſyllabarum, quae ambae accentum tonicum habent, ſonum parit minus ſuauem. Saepe igitur concurſus hic euitatur, retracto accentu vocis prioris, ſi ſyllaba eius penultima fit pura, non mixta; vt פָּתַח צוּר *aperuit rupem*, *Pſ.* 105, 41. אֵלֵךְ לִי *ibo mihi*, *Cant.* 4, 6. הֲהָיְתָה זֹאת *an factum eſt hoc? Joel.* 1, 2. אֲחוֹתִי הִיא *ſoror mea ipſa*, *Gen.* 20, 2. וְנָתַן לְךָ *et dederit tibi*, *Deut.* 19, 8. מַה־יָּגֵל מְאֹד *quam exſultabit valde! Pſ.* 21, 2. בְּעֻלַת בָּעַל *nupta marito*, *Gen.* 20, 3. עָשָׂה לָנוּ *fecit nobis*, *Pſ.* 103, 10. תֹּאבְדוּ דָּרֶךְ *pereatis viam*, *Pſ.* 2, 12.

a. In Perſonis Verborum aſyllaba Adformante auctis vocalis terminalis, quae ſublata erat, interdum reſtituitur, vt ei adhaereat accentus retrahendus, vt תְּהַתְּלוּ כִּי *illudetis ipſi*, *Job.* 13, 9. pro תְּהַתְּלוּ; גְּשׁוּ הֵנָּה *accedite huc*, *Joſ.* 3, 9. pro גְּשׁוּ; תֹּאהֲבוּן רִיק *diligetis vani-*

*vanitatem*, *Pſ.* 4, 3. pro תְּאֶהֱבוּן; חָסְיוּ בוֹ *confiſi ſunt in eo*, *Deut.* 32, 37. pro חָסְיוּ quod alibi in חָסוּ contrahi ſolet.

b. Quodſi prioris vocis vltima ſyllaba ante literam mobilem habeat vocalem longam, qua, (*R.* 36.) in breuem correpta, character formae periret, aut obſcurior fieret, retractio accentus locum non habet, ne opus ſit illa correptione; vt תַּעֲלֻמוֹת לֵב *occulta cordis*, *Pſ.* 44, 22. non תַּעֲלֻמַת; עֹבֵר יָם *tranſiens mare*, *Jeſ.* 23, 2. non עֹבֶר.

R. 176. *Quarto* denique, accentus tonicus ex vltima ſyllaba ad penultimam ſaepe reuocatur, quando ſimul eſt *pauſans*, h. e. quando, ad membri ſermonis vltimam vocem poſitus, pauſam maiorem minoremue conſtituit. Conf. *R.* 17.

Accentuum pauſantium praecipui tres ſunt, *Silluk*, *Atnach*, et *Merca Machpachatum*.

*Silluk* ponitur ad vltimam vocem cuiusque verſus, finem indicans periodi, atque idem valens, quod noſtrum *Punctum*; vt in הָאָרֶץ.

*Atnach* apponitur voci prius membrum cuiusque verſus claudenti, atque cum noſtro *Colo* fere conuenit; vt in תְּהוֹם.

*Merca Machpachatum*, in libris metricis, qui dicuntur, ſcil. Jobo, Pſalmis, et Prouerbiis, ſi verſus ſit trimembris, ad vltimam primi membri vocem collocatur, etiam ipſum noſtro *Colo* reſpondens; vt in רְשָׁעִים.

Maiora membra subdiuiduntur in minora, per *Rebia*, vt in אֲנִי; *Sakeph minus*, vt in מְלֵאכְתּוֹ; *Sakeph maius*, vt in אָדָם; *Segolta*, vt in אִתִּי; *Tiphcha*, vt in מָצָא; aliosque nonnullos accentus, qui cum nostro partim *Semicolo*, partim *Commate*, conueniunt.

Tres illi priores, qui maiorem pausam constituunt, persaepe; reliqui minus frequenter, in vocibus, quibus apponuntur, quasdam efficiunt mutationes.

Minus elegans censetur, et est reuera, vt accentus pausans incidat in vltimam vocis syllabam, quae exeat in nudam vocalem, aut vocalem cum litera quiescente. Quare, in compluribus vocum formis, ille retrahitur ad syllabam penultimam.

a. Haec accentus retractio interdum fit sine vlteriori mutatione; vt נוֹשָׁבָה *habitata*, pro נוֹשָׁבָה, *Jer.* 6, 8. עָרוּ *nudate*, pro עָרוּ, *Ps.* 137, 7. כָּלוּ *consumti sunt*, pro כָּלוּ, *Ps.* 37, 20. אָנֹכִי *ego*, pro אָנֹכִי, *Gen.* 4, 9. אַתָּה *tu*, pro אַתָּה, *Ps.* 5, 5. עַתָּה *nunc*, pro עַתָּה, *Hagg.* 2, 3. מֵאֵי *a me*, pro מֵאֵי, *Ps.* 18, 23.

b. Saepe accentus pausantis retractio coniuncta est cum aliqua in ipsis vocibus mutatione.

α. In Personis Verborum, Adformante asyllaba, aut He paragogica, auctis, vocalis terminalis, quae sublata erat, restituitur, et ad hanc vocalem

calem accentus pausans retrocedit; vt קָרְבָה *appropinquauit*, f. *Zeph.* 3, 2. pro קָרְבָה, a קָרֵב; וְכָלוּ *potuerunt*, 2 *Reg.* 3, 26. pro וְכָלוּ, a וְכָל; תִּשְׁמְרוּ *seruabitis*, *Exod.* 31, 13. pro תִּשְׁמְרוּ, a תִּשְׁמֹר; אֵלְכָה *vadam*, *Gen.* 30, 26. pro אֵלְכָה, ab אָלַךְ; סַפְּרוּ *narrate*, *Joël.* 1, 3. pro סַפְּרוּ, a סַפֵּר; לְכִי *vade*, f. *Jud.* 11, 38. pro לְכִי, a לֵךְ.

Quodsi vocalis terminalis fuerit Patach, ea sic restituitur, vt simul, ob dignitatem accentus pausantis, in Kamets producatur; vt חָלְכָה *discessit*, f. *Jes.* 46, 2. pro חָלְכָה, ab חָלַךְ; נִלְקָחָה *capta fuit*, 1 *Sam.* 4, 17. pro נִלְקָחָה, a נִלְקַח; וְאִישָׁנָה *et dormiui*, *Ps.* 3, 6. pro וְאִישָׁנָה, ab אִישֵׁן; נֵדָעָה *cognoscamus*, *Jes.* 5, 19. pro נֵדָעָה, a נֵדַע; צָעֲקִי *clama*, f. *Jer.* 22, 20. pro צָעֲקִי, a צָעַק; תְּמָהוּ *miramini*, *Jes.* 29, 9. pro תְּמָהוּ, a תָּמַהּ.

Adformantibus וּ et יִ. si accesserit Nun paragogica, accentus quidem pausans non retrahitur, attamen, vt pronunciatio paulo lentior et grauior euadat, vocalis terminalis restitui solet, (*R.* 168. b.) vt יִלְקְטוּן *colligent*, pro יִלְקְטוּן, a יִלְקֹט, et יִבְהֲלוּן *consternabuntur*, pro יִבְהֲלוּן, a יִבְהַל, nec non יִנְוָעוּן *exspirabunt*, pro יִנְוָעוּן, a יָנוּעַ, *Ps.* 104, 28. 29.

β. In Verbis tertia He quiescentibus, ante Adformantes asyllabas, et He paragogicam, vna cum vocali terminali Kamets, pro Patach substituta, ad quam accentus pausans retrocedit, simul restituitur elisa Jod, litera radicalis; vt נְטָיוּ *extensi sunt*, *Num.* 24, 6. pro נָטוּ, quod ortum est ex נְטָיוּ; בְּעִיוּ *quaerite*, *Jes.* 21, 12. pro בְּעוּ; אֶתְיוּ *venite*, ibid. pro אֶתוּ; אֶהֱמָיָה *perstrepam*, *Ps.* 77, 4. pro אֶהֱמָה.

א. Haec literae Jod atque vocalis terminalis restitutio, ob rationem *not. praec.* indicatam, fieri quoque potest, quando accentus pausans, propter Nun paragogicam, non retrahitur; vt יְהֻמָיוּן *strepent*, *Ps.* 39, 7. 83, 3. יְחֻזָיוּן *cernent*, *Jes.* 26, 11. יִשְׁתָיוּן *bibent*, *Ps.* 78, 44.

ב. Duplex forma admittitur in 3. pers. fem. Praet. Verborum tertia He quiescentium, altera, qua a גָּלְיָה, forma veteri et perfecta a גָּלְיִ, fit גָּלְיָה; vt חָסְיָה *confisa est*, *Ps.* 57, 2. pro חָסְיָה; altera, qua a גָּלְתָה, forma imperfecta, fit גָּלְתָה; vt עָשְׂתָה *fecit*, f. *Gen.* 27, 17. pro עָשְׂתָה; נְהִיתָה *facta est*, *Jer.* 48, 19. pro נְהִיתָה.

γ. In Nominibus formae פָּקֹד, passis traiectionem et mutationem suae vocalis, vti dictum est supra, (*R.* 119. *d.* p. 154.) vt accentus pausans in syllaba penul-

penultima collocari possit, restituitur ea vocalis, quae in forma originali adfuerat; vt חֵצִי *dimidium*, 1 *Reg.* 10, 7. pro חֲצִי, orto, (*R.* 47. c.) ex חֵצִי; מֶרִי; *rebellio*, *Ezech.* 2, 8. pro מְרִי, orto ex מֶרְיְ; יֹפִי *pulchritudo*, *Jes.* 3, 24. pro יֳפִי, orto ex יֹפְיְ.

Huc pertinet Pronomen אָנִי *ego*, in pausa, pro אֲנִי, quod ortum est ex אֲנִיְ, Nomine formae פַּקְד.

δ. Futura Verborum tertia He quiescentium apocopata, quae in Chirek et Jod quiescentem desinunt, ad Praeformantem pro schevate accipiunt Segol, cui accentus pausans adhaeret; vt וַיֶּהִי *et erat*, *Ps.* 33, 9. pro וַיְהִי, orto ex יְהִיְ, quod et, cum Segol, fuit יֶהִיְ, forma apocopata ex יִהְיֶה vel יֶהְיֶה; sic וַתֶּהִי *et erat*, f. *Thren.* 3, 37. pro וַתְּהִי; יֶחִי *viuat*, *Jes.* 38, 21. pro יְחִי.

ε. In Pronomen adfixum ךָ, per scheva accedens, si accentus pausans incidat, duplex modus est, incommodum inde natum euitandi.

א, plerumque pro schevate aliud punctum adglutinationis, scilicet Segol, assumitur, quo accentus ille retrahitur; vt דְּבָרֶךָ *verbum tuum*, *Gen.* 47, 30. pro דְּבָרְךָ; נַחֲלָתֶךָ *hereditas tua*, *Ps.* 2, 8. pro נַחֲלָתְךָ; יִשְׁעֶךָ *salus tua*, *Ps.* 51, 14. pro יִשְׁעֲךָ; שְׁמֶךָ *nomen tuum*, *Ps.* 138, 2. pro שִׁמְךָ; שֹׁמְרֶךָ *custodiens*

*ſtodiens te*, *Pſ.* 121, 5. pro שֹׁמְרֶךָ; אֹיְבֶךָ *hoſtis tuus*, *Deut.* 28, 53. pro אֹיְבֶיךָ; הִרְבֶּךָ *multiplicauit te*, *Deut.* 7, 13. pro הִרְבֵּיךָ; אוֹכִיחֶךָ *redarguam te*, *Pſ.* 50, 8. pro אוֹכִיחֲךָ.

ב, interdum vocalis huius Adfixi ad literam praecedentem reuocatur, vt ex ךָ fiat ךָ֫, ſyllaba pura in mixtam mutata; vt חַשְׁמְרֶךָ *exſcindi te*, *Deut.* 28, 24. pro הַשְׁמֵדְךָ; פְּאֵרְךָ *decorauit te*, *Jeſ.* 55, 5. pro פְּאֵרֲךָ; צִוֶּךָ *praecepit tibi*, 1 *Sam.* 13, 13. pro צִוָּךְ; חֹנְךָ *obſidens te*, *Pſ.* 53, 6. pro חֹנֶךָּ.

Hoc ſemper fit in Particulis אֵת et עִם, atque Praefixis ב et ל, cum ךָ compoſitis; vt אִתְּךָ *te*, *Deut.* 28, 48. pro אִתָּךְ; ſic אִתְּךָ *tecum*, *Gen.* 8. 17. עִמָּךְ *tecum*, *Gen.* 29, 25. בָּךְ *in te*, *Pſ.* 9, 3. לָךְ *tibi*, *Exod.* 32, 34.

Nonnunquam hoc ךָ֫ etiam extra pauſam vſurpatur, ad normam dialecti Chaldaicae; vt מַה־עָנְךָ יְהוָה *quid reſpondit tibi Jehova? Jer.* 23, 37. pro עָנָךְ.

R. 177. Aliud genus mutationis eſt, quod accentus pauſans, vbi ſitum ordinarium ſeruat, quibusdam vocalibus adfert.

a. Accentus pauſans quando cadit in Patach vltimum, vel penultimum, aut in Segol penultimum

mum Nominum Segolatorum, pro vocali breui plerumque longa oppoſita Kamets ſubſtituitur; vt עָמַד *ſtetit*, et יָשַׁב *ſedit*, *Pſ.* 1, 1. pro עָמֹד, et יָשֹׁב; אִישָׁן *dormiam*, *Pſ.* 4, 9. pro אִישֵׁן; שָׁל *ros*, *Cant.* 5, 2. pro שֹׁל; רָאֳנִי *videns me*, *Jeſ.* 47, 10. pro רֹאֲנִי; לָיְלָה *nox*, *Gen.* 1, 5. pro לֵילָה; חָרֶב *gladius*, *Joſ.* 8, 24. pro חֶרֶב; ſic הַנָּפֶשׁ *anima*, *Num.* 6, 11. עֹמֶדֶת *perſtans*, *Eccleſ.* 1, 4.

Non raro negligitur haec productio; vt וַיִּצְחָק *et ridebat*, *Gen.* 17, 17. עַד *praeda*, *Gen.* 49, 27. יִצְתּוּ *comburentur*, *Jeſ.* 33, 12. דִּבַּרְתָּ *loquutus es*, *Jeſ.* 39, 8. בֶּטַח *ſecuritas*, *Prov.* 1, 33. אֹמֶנֶת *nutrix*, *Ruth.* 4, 16.

b. Pro Tſeri, terminali vocali Verborum, ad accentum pauſantem amatur Patach, ſonum habens paulo fortiorem; vt וָלַךְ *ibit*, *Job.* 27, 21. pro וָלֵךְ; הָשַׁב *redde*, *Jeſ.* 42, 22. pro הָשֵׁב; אַל־תָּלֶן *ne pernoctes*; *Jud.* 19, 20. pro תָּלֵן.

R. 178. Denique mutationem aliquam vocalibus ſaepe adfert arctior vocum coniunctio per Lineolam Makkaph, quae vocem priorem priuat accentu tonico. (*R.* 19.) Nam vocalis longa, quam accentus reliquit, ſi poſita ſit in ſyllaba mixta, corripienda eſt in breuem oppoſitam, (*R.* 36.) vt זָכְרֶנָּא *recordare quaeſo*; pro זָכֹר; כָּל־מַלְכֵיס

כָּל־מְלָכִים *omnes reges*, pro כֹּל־; אֶת־הָעָם *populum*, pro אֵת־.

Quodsi ea vocalis immutabilis sit, manet, et accentu euphonico fulcitur; vt לְאִישׁ־אַחֵר *viro alii*, *Ier.* 3, 1. אוֹת־הַבְּרִית *signum foederis*, *Gen.* 9, 12.

Interdum manent quoque, et euphonico accentu fulciuntur; vocales non immutabiles; vt שֵׁם־יְהוָה *nomen Jehouae*, *Gen.* 16, 13. תְּרַךְ־זַיִת, *calcabis oliuam*, *Mich.* 6, 15.



APPEN-

# APPENDIX INSTITVTIONVM AD FVNDAMENTA LINGVAE HEBRAEAE,

CONTINENS

*REGVLAS*

QVASDAM

*SYNTACTICAS.*

## SECTIO I.

### *DE SYNTAXI NOMINVM.*

R. I. Duo nomina ſubſtantiua in ſtatu abſoluto per appoſitionem ita coniungi poſſunt, vt poſterius adiectiui locum teneat; vt אֲנָשִׁים מְעַט *homines, paucitas*, i. e. pauci, *Neh.* 2, 12. שֶׂה בְרִיָּה *ouis, nitor*, i. e. nitens, pinguis, *Ezech.* 34, 20. אֲמָרִים אֱמֶת *ſermones, veritas*, i. e. veri, *Prou.* 22, 21. שְׂכָרְךָ הַרְבֵּה *merces tua, amplificatio*, i. e. ampla, *Gen.* 15, 1.

a. Saepe talis conſtructio adhibetur, quando poſterius nomen materiam, ex qua aliquid conſtat, ſignificat;

ficat; vt כִּכָּרַיִם כֶּסֶף *duo talenta, argentum*, i. e. argento constantia, 2 *Reg.* 5, 23. הַבָּקָר הַנְּחֹשֶׁת *boues, aes*, i. e. aenei, 2 *Reg.* 16, 17. Sic טוּרִים אֶבֶן *ordines, lapides*, *Exod.* 28, 17. טוּרִים רִמֹּנִים *ordines, malegranata*, 1 *Reg.* 7, 42.

Huc referenda phrasis שְׁנָתַיִם יָמִים *duo anni, dies*, *Gen.* 41, 1. et alibi, i. e. biennium suis diebus constans, adeoque integrum et completum. Sic et שָׁבֻעִים יָמִים *hebdomades, dies*, *Dan.* 10, 3.

b. Simili ratione nomini mensurae iungitur mensuratum per appositionem; vt אֵיפָה שְׂעֹרִים *modius, hordeum*, *Ruth.* 2, 17. סְאָה סֹלֶת *satum, similae*, 2 *Reg.* 7, 1.

R. 2. Adiectiuum, quod, per ellipsin, vsum substantiuum obtinuit, (*R.* 95.) cum alio substantiuo diuersi generis aut numeri per appositionem coniungi potest; vt עוֹלָה כָלִיל *victima scandens, holocaustum*, pro זֶבַח כָּלִיל *sacrificium holocaustum*, 1 *Sam.* 7, 9. *non comedetis* בָּשָׂר בַּשָּׂדֶה טְרֵפָה *carnem in agro discerptum*, pro בְּהֵמָה טְרֵפָה *animal discerptum*, *Exod.* 22, 30. לְעַם לְצִיִּים *populo, deserticolis*, pro לַאֲנָשִׁים צִיִּים *hominibus deserticolis*, *Ps.* 74, 14.

R. 3. Per appositionem commode explicantur bene multae phrases, quibus vulgo, sed minus recte, enallage status absoluti pro constructo subesse putatur; vt *effudit super eum* חֲמָה אַפּוֹ (non *excandescentiam nasi sui*, sed) *excandescentiam*, scil. *nasum suum*, *Ies.* 42, 25. זְבָחִים שְׁלָמִים *sacrificia*, quae dicuntur *incolumitates*, *Exod.* 24, 5. 1 *Sam.* 11, 15.

*feciſti*

*feciſti nos bibere* יַיִן תַּרְעֵלָה *vinum*, ſcil. *tremefactionem*, *Pſ.* 60, 5. Sic *Ier.* 25, 15. 1 *Reg.* 22, 27. etc.

R. 4. a. Nomina Numeralia Cardinalia, cum omnia ſint ſubſtantiua, in ſtatu abſoluto per appoſitionem cum nomine numerato conſtruuntur; vt שְׁלֹשָׁה בָנִים *tres filii*, proprie *trias, filii*, i. e. trias, quam conſtituunt filii, vel שְׁלֹשָׁה בָּנִים q. *filii, trias.*

b. Poſſunt tamen illa etiam in ſtatu conſtructo per regimen cum nomine numerato coniungi; vt שְׁלֹשֶׁת אֲנָשִׁים *tres viri*, propr. *trias virorum.*

Sic et שְׁנֵי בָנִים *duo filii*, שְׁתֵּי בָנוֹת *duae filiae.*

Sed numeralia maiora, quae Pluralis aut Dualis terminationem habent, vt עֶשְׂרִים *viginti*, מָאתַיִם *ducenta*, etc. nunquam in regimine ponuntur, ſed ſolam admittunt appoſitionem; vt עֶשְׂרִים שָׁנָה *viginti anni*; פָּרוֹת אַרְבָּעִים *iuuencae quadraginta*; אַלְפַּיִם סוּסִים *bis mille equi.*

c. Nominum numeralium a tribus ad decem, forma feminina cum numeratis maſculinis, et viciſſim forma eorum maſculina cum numeratis femininis, coniungi ſolet, vt iucunda quaedam fiat generis variatio; vt שִׁבְעָה כְבָשִׂים vel שִׁבְעַת כְּבָשִׂים, *ſeptem agni*; שֶׁבַע כְּבָשׂוֹת *ſeptem agnae.*

Idem fit in compoſitione; vt שִׁבְעִים וְשִׁבְעָה *ſeptuaginta et ſeptem viri*; שֶׁבַע עֶשְׂרֵה שָׁנָה אִישׁ *ſeptendecim anni.*

Non tamen haec lex eſt perpetua; vt שְׁלֹשֶׁת כִּכְּרוֹת לֶחֶם *tres orbes panis*, 1. *Sam.* 10, 3. אַרְבַּעַת כַּנְפוֹת הָאָרֶץ *quatuor orae terrae*, *Ezech.* 7, 2.

d. Cum Numeralibus, a duobus ad decem, numeratum in plurali; sed cum iis, quae denarium numerum excedunt, in singulari collectiue sumto, combinari solet, vt grata quaedam numeri diuersitas existat; vt: *vixit Sethus* חָמֵשׁ שָׁנִים וּמְאַת שָׁנָה *quinque annos, et centum annum*, pro *annos*, Gen. 5, 6. עֶשְׂרִים וְאַרְבָּעָה אֶלֶף *viginti et quatuor mille*, pro *millia*, 1 Chron. 27, 1.

α. Numerato singulari si addatur adiectiuum, id vel eodem in numero collocatur, vel, ob vim illius collectiuam, in pluralem transit; vt שְׁמֹנִים וַחֲמִשָּׁה אִישׁ נֹשֵׂא אֲפוֹד *octoginta et quinque vir portans amiculum*, pro *viri portantes*, 1 Sam. 22, 18. חֲמִשִּׁים אִישׁ רָצִים *quinquaginta vir currentes*, pro *viri*, 1 Reg. 1, 5.

β. Interdum Numerali, quod est supra decem, numeratum in plurali additur; vt שְׁלֹשִׁים בָּנִים וּשְׁלֹשִׁים בָּנוֹת *triginta filii, et triginta filiae*, Iud. 12, 9. Praesertim hoc fit, si numeratum praecedat; vid. Gen. 32, 15. 16. 2. Chron. 29, 32.

γ. Quibusdam in phrasibus ellipsis nominis numerati vsu inualuit; vt *dedi fratri tuo* אֶלֶף כֶּסֶף *mille argenti*, i. e. numos argenteos, Gen. 20, 16. *mensus est* שֵׁשׁ שְׂעֹרִים *sex hordei*, scil. modios, Ruth. 3, 15. *dabunt tibi* שְׁתֵּי לֶחֶם *duos panis*, scil. orbes, 1 Sam. 10, 4.

R 5. Nomen substantiuum saepe geminatur, vt significetur,

vel α. vniuersitas, singula eiusdem generis comprehendens; vt אִישׁ אִישׁ *vir, vir*, i. e. vnusquisque vir, nemine excepto, Lev. 24, 15. עִיר וָעִיר

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn863031765/phys_0278
DFG

וָעִיר *vrbs et vrbs*, i. e. omnes et singulae vrbes, *Esr.* 10, 14.

vel β. multitudo et continuitas; vt בְּאֵרוֹת בְּאֵרוֹת חֵמָר *putei, putei, bituminis*, i. e. multi et continui putei, *Gen.* 14. 10.

vel γ. distributio, qua eadem res singulis tribuitur; vt *dabat seruis suis* עֵדֶר עֵדֶר *gregem, gregem*, i. e. singulis gregem, *Gen.* 32, 17.

vel δ. duplicitas atque diuersitas rei; vt אֶבֶן וָאֶבֶן *lapis et lapis*, i. e. geminus diuersi ponderis lapis, *Deut.* 25, 13.

De geminatione, quae fit per epizeuxin, figuram rhetoricam, hic non est agendi locus.

R. 6. Loco appositionis interdum constructio per regimen vsurpatur; vt נַחַר פְּרָת *fluuius Euphratis*, pro *Euphrates*, *Gen.* 15, 18. קִרְיַת חֻצוֹת *oppidum Chutsotae*, pro *Chutsota*, *Num.* 22, 39. עֵץ הַזַּיִת *arbor oleae*, pro *olea*, *Hagg.* 2, 19. אֵל סֶלְעִי *Deus petrae meae*, i. e. qui est *petra mea*, *Ps.* 42, 10. בְּתוּלַת בַּת עַמִּי *virgo filiae populi mei*, i. e. *virgo*, quae est *filia populi mei*, *Ier.* 14, 17.

R. 7. a. Per regimen Hebraei amant construere duo substantiua, quorum posterius, scil. rectum, adiectiui locum teneat; vt בִּגְדֵי קֹדֶשׁ *vestes sanctitatis*, i. e. sanctae, *Exod.* 29, 29. אֶבֶן צֶדֶק *pondus iustitiae*, i. e. iustum, *Deut.* 25, 15. אֵשֶׁת נְעוּרִים *vxor iuuentutis*, i. e. iuuenis, *Ies.* 54. 6. זֶרַע אֲנָשִׁים *semen virorum*, i. e. proles mascula 1 *Sam.* 1, 11. חֶלְקַת חֶמְדָּה *ager desiderii*, i. e. desideratus, *Ier.* 12, 10. שְׁנַת עוֹלָם *somnus perpetui-*

*tatis*, i. e. perpetuus, *Ier.* 51, 39. כְּלֵי כֶסֶף וּכְלֵי זָהָב *vasa argenti, et vasa auri*, i. e. argentea et aurea, *Exod.* 11, 2. בִּגְדֵי שֵׁשׁ *vestes byssi*, i. e. byssinae, *Gen.* 41, 42. לֶחֶם שְׂעֹרִים *panis hordei*, i. e. hordeaceus, *Iud.* 7, 13.

b. Interdum prius substantiuum, scil. regens, per metonymiam ponitur adiectiui loco; vt *adscendi* בְּרֹב רִכְבִּי *cum multitudine curruum meorum*, i. e. multis curribus, *Ies.* 37, 24. *succidam* קוֹמַת אַרְזָיו מִבְחַר בְּרוֹשָׁיו *proceritatem cedrorum eius, delectum abietum eius*, i. e. proceras cedros, delectas abietes, ibid.

Talis perpetua est constructio nominis כֹּל *complexus, vniuersitas*, pro *omnis, totus*, si alii nomini praeponatur; vt כָּל־חַיָּמִים *complexus dierum*, i. e. omnes dies; כָּל־בֵּיתוֹ *complexus domus eius*, i. e. domus tota: sed si postponatur, est appositio; vt הַגּוֹיִם כֻּלָּם *gentes, complexus earum*, i. e. gentes omnes.

R. 8. a. Per constructionem, qua nomen se ipsum in plurali regit, plerumque notatur id, quod sui generis maximum est; vt קֹדֶשׁ הַקָּדָשִׁים *sanctitas sanctitatum*, i. e. res sanctissima, *Exod.* 26, 33. הֶבֶל הֲבָלִים *vanitas vanitatum*, i. e. summa vanitas, *Eccles.* 1, 2.

b. Interdum per illam significatur id, quod omnia sui generis complectitur; vt דּוֹר דּוֹרִים *aetas aetatum*, i. e. per omnes aetates duratura, *Ies.* 51, 8.

R. 9. In constructione duorum substantiuorum per regimen, nomen rectum saepe duplicem admit-

admittit significationem; modo enim actiuam habet, modo passiuam; hoc est, modo eum notat, a quo res proficiscitur; modo eum, ad quem illa tendit; vt חֶרְפַּת מוֹאָב *ignominia Moabitarum*, *Zeph.* 2, 8. est, quam hi aliis intulerunt; sed חֶרְפַּת עֲבָדֶיךָ *ignominia seruorum tuorum*, *Ps.* 89, 51. est, quam hi ab aliis passi sunt: חֲמַס הַיּוֹשְׁבִים *iniuria incolarum*, *Ezech.* 12, 19. est, cuius ipsi auctores fuerunt, sed חֲמַס בְּנֵי יְרֻבַּעַל *iniuria filiorum Ierubaalis*, *Iud.* 9, 24. est, qua ipsi affecti sunt: זַעֲקַת דַּל *vociferatio pauperis*, *Prou.* 21, 13. est, qua ipse clamat; sed זַעֲקַת סְדֹם *vociferatio Sodomae*, *Gen.* 18, 20. est, qua alii clamant de ciuium Sodomae iniuriis.

Eadem ratione etiam adfixa pronomina non tantum actiuam, sed et passiuam, significationem habere possunt; vt חֲמָסִי *iniuria mea*, *Gen.* 16, 5. *Ier.* 51, 35. est, qua ego affectus sum; עֲלִילוֹתָם *facinora ipsorum*, *Ps.* 99, 8. sunt, quae alii aduersus ipsos patrarunt; קִלְלָתִי *maledictio mei*, qua mihi maledicitur, 2. *Sam.* 16, 12. quod male emendatur in margine, קִלְלָתוֹ *maledictio eius*; אַנְחָתָהּ *gemitus eius*, scil. Babelis, *Ies.* 21, 2. est gemitus aliorum de eius iniuriis; בְּכִיתוֹ *fletus eius*, *Gen.* 50, 4. quo alii ipsum defleuerunt; נְדָרֶיךָ *vota tua*, *Ps.* 56, 13. quae tibi nuncupata sunt.

R. 10. Nomini regenti quando addendum est pronomen adfixum, id plerumque nomini recte subiungitur, vt arctior nexus, quo illud cum hoc coniunctum est, maneat integer; vt הַר קָדְשִׁי non est *mons sanctitatis meae*, sed *mons sanctitatis*

*meus*, *Pſ.* 2, 6. פְּסִילֵי כַסְפֶּךָ *imagines argenti tuae*, *Ieſ.* 30, 22.

a. Ita et pronomen ſeparatum, quod pertinet ad nomen regens, poſt nomen rectum collocatur; vt עַמִּי הַתּוֹעֵבוֹת הָאֵלֶּה *populi abominationum iſti*, *Eſr.* 9, 14.

b. Interdum adfixum ipſi additur nomini regenti; vt עֶזְרָתֵנוּ חֶבֶל *auxilium noſtrum vanitatis*, ſ. vanum, *Thren.* 4, 17. מְרוֹ בַד *veſtis eius lini*, ſ. linea, *Lev.* 6, 3. יְדֵיכֶם חִטְּאָה *manus veſtrae ſceleris*, ſ. ſceleſtae, *Ieſ.* 31, 7.

R. 11. Adiectiua, et participia pro adiectiuis vſurpata, quando conſtruuntur cum ſubſtantiuo ſignificante obiectum, ad quod illa referuntur, in regimine poni ſolent; vt גְּדוֹל כֹּחַ *magnus roboris*, *Nach.* 1, 3. תְּמִימֵי דָרֶךְ *integri viae*, *Pſ.* 119, 1. שְׁפַל רוּחַ *depreſſus animi*, *Prou.* 29, 23. נְדִיב לֵב *liberalis cordis*, *Exod.* 35, 22. נְקִי כַפַּיִם וּבַר לֵבָב *purus manuum*, *et nitidus cordis*, *Pſ.* 24, 4. שְׂבַע יָמִים *ſatur dierum*, *Gen.* 35, 29. מְלֵאָתִי מִשְׁפָּט *plena iudicii*, *Ieſ.* 1, 21.

R. 12. Regimen poteſt locum habere, vbi nomen rectum implicite continetur in pronomine relatiuo, eoque vel expreſſo, vel omiſſo; vt בַּעֲוֹן אֲשֶׁר יָדַע *ob crimen* eius rei, *quod nouerit*, 1 *Sam.* 3, 13. שִׂפַת לֹא יָדַעְתִּי אֶשְׁמַע *labium* eius, quem *non noueram*, *audiebam*, *Pſ.* 81, 6. יִתְרַת עָשָׂה אָבְדוּ *reſiduum* eius, quod *acquiſiuerat*, *interiit*, *Ier.* 48, 36. *tradidit me* בְּיָדִי לֹא אוּכַל קוּם *in manus* eorum, contra quos *non poſſum ſtare*, *Thren.* 1, 14.

Talis

Talis ellipsis etiam subesse potest, quando particulae in statu constructo ante Verbum finitum ponuntur; vt אַחֲרֵי לֹא יוֹעִלוּ הָלְכוּ *post* ea, quae *non prosunt*, *iuerunt*, *Ier.* 2, 8. קֹדֶמֶת שָׁלַף *ante* id, quo (i. e. antequam) *strinxerit*, *Ps.* 129, 6. אַשְׁרֵי תִּנְחַר *euge* eum, quem *elegeris! Ps.* 65, 5.

R. 13. Ea forma, quam habent nomina in regimine posita, interdum etiam extra regimen vsurpatur, quando nomen alia quadam construendi ratione arctius coniungitur cum voce sequente. Id fieri potest,

a. intercedente particula, vel inseparabili, vel separata; vt חָכְמַת וָדַעַת *sapientia et cognitio*, *Ies.* 33, 6. עִבְרֵי בְעֵמֶק *transeuntes per vallem*, *Ps.* 84, 7. חוֹסֵי בוֹ *confisi in eo*, *Ps.* 2, 12. מִימִין לַבַּיִת *a dextra ad aedem*, *Ezech.* 10, 3. אַחַד מֵמֶנּוּ *vnus ex nobis*, *Gen.* 3, 22. מַכַּת בִּלְתִּי סָרָה *plaga sine cessatione*, *Ies.* 14, 6.

Idem in particulis separatis fieri potest, quae, more nominum, formam regiminis admittunt; vt פֹּרֵק אֵין מִיָּדָם *liberans non est ex manu eorum*, pro אַיִן, *Thren.* 5, 8.

b. sequente pronomine relatiuo, vel eo per ellipsin suppresso, vt בִּמְקוֹם אֲשֶׁר הִגְלוּ אֹתוֹ *in loco quo deportarunt ipsum*, *Ier.* 22, 12. קִרְיַת חָנָה דָּוִד *vrbs* in qua *resedit David*, *Ies.* 29, 1. כָּל־יְמֵי חֲתַחֲלֹכֵנוּ *omnes dies* quibus *oberrauimus*, 1. *Sam.* 25, 15.

c. sequente Verbo, quod accusatiuum regat;

vt שִׁפְעַת אֲנִי רֹאֶה *effusum agmen ego video*, 2. *Reg.* 9, 17.

d. quando nomen vsu adverbiali cum Verbo constructur; vt רַבַּת שָׂבְעָה *multum satiata est*, *Ps.* 123, 4.

R. 14. a. Substantiuo quando iungitur adiectiuum, illud plerumque praecedit; vt אִישׁ חָכָם *vir sapiens*; שׁוּחָה עֲמֻקָּה *fouea profunda*; rarius sequitur; vt רַבִּים צַיָּדִים *multi venatores*, *Ier.* 16, 16.

b. Adiectiuum, quod constituit praedicatum, solet praemitti, si in eo posita sit praecipua vis et emphasis alicuius dicti; vt גָּדוֹל עֲוֹנִי *magnum* est *crimen meum*, *Gen.* 4, 13. לֹא טוֹב הַדָּבָר *non bona* est *haec res*, *Exod.* 18, 17.

R. 15. Substantiuum et adiectiuum, ordinaria constructione, conuenire solent genere et numero; nisi quod substantiuo duali adiectiuum non duale, sed plurale, iungatur; vt יָדַיִם רָפוֹת וּבִרְכַּיִם כֹּשְׁלוֹת *manus remissae*, *et genua labantia*, *Ies.* 35, 3.

R. 16. Loco adiectiui, quod constituat praedicatum, si, per metonymiam, substantiuum vsurpetur, non opus est, vt id genere et numero conueniat cum nomine subiecti; vt הַמְּלָאכָה הָרַבָּה וְרָחָבָה *negotium* est *multiplicatio*, (i. e. multum) *et amplum*, *Neh.* 4, 13. קִירֹתָיו עֵץ *parietes eius* sunt *lignum*, i. e. lignei, *Ezech.* 41, 22. וַיִּהְיוּ כְּלֵי הַנְּעָרִים קֹדֶשׁ *et erant vasa iuuenum sanctitas*, i. e. sancta, 1 *Sam.* 21, 6.

R. 17. a. Adiectiua, et participia, persaepe includunt omissum substantiuum, atque ita vim quasi substantiuam accipiunt; vt יָמִין *dexter*, pro *dextro latere*,

*latere*, vnde שׁוֹק הַיָּמִין *crus dextri*, *Exod.* 29, 22. מֵת *mortuus*, scil. *homo*, pro *humano cadauere*, *Gen.* 23, 3. מָלֵא *plenus*, pro *fluuio plenis alueis manante*, *Ps.* 73, 10. צָפוּן *reconditus*, scil. *thesaurus*, *Ps.* 17, 14. *habitabit* בַּטּוֹב לוֹ *in bono ipsi*, scil. *loco*, i. e. in loco, qui ipsi placeat, *Deut.* 23, 17. בָּעֲשִׂרִי בִּשְׁנֵים עָשָׂר לַחֹדֶשׁ *in decimo*, scil. *mense*, *in duodecimo*, scil. *die*, *mensis*, *Ezech.* 29, 1. *porta* הַפְּנִימִית *interioris*, scil. *atrii*, *Ezech.* 8, 3. יוֹשֶׁבֶת *habitans*, scil. *gens*, pro *societate incolarum*, *Ier.* 21, 13. הַצֹּלַעַה וְהַנִּדָּחָה *errans et dispulsa*, scil. *pecus*, *Mich.* 4, 6. גְּדֹלִים *magni*, scil. *viri*, pro *principibus*, *Ier.* 5, 5. הַטֹּחֲנוֹת *molentes*, scil. *ancillae*, *Eccl.* 12, 3. הַקְּצוּבוֹת *potu prohibitae*, scil. *oues*, *Cant.* 4, 2. *etc.*

b. Tale itaque adiectiuum, aut participium, quod, per ellipsin, vsum quasi substantiuum obtinuit, si constituat praedicatum, a nomine subiecti discrepare potest genere et numero; vt מַאֲכָלוֹ בְּרֵאָה *cibus eius* est *opima*, scil. *caro*, *Hab.* 1, 16. כָּל־מִנְחַת כֹּהֵן כָּלִיל תִּהְיֶה *omnis oblatio sacerdotis integrum erit*, scil. *sacrificium*, i. e. holocaustum, *Leu.* 6, 16. מְכַסֶּיךָ תּוֹלֵעָה *operientes tui* erit *vermis*, i. e. vermes erunt quasi stragulae in lecto te operientes, *Ies.* 14, 11. חֲמוּדוֹת אַתָּה *desideratae*, scil. *res*, *tu* es, i. e. valde desideratus, *Dan.* 9, 23.

c. Adiectiuum, aut participium, quod constituit praedicatum, in stilo graui et ornatiore, saepe, in singulari masculino, discordat genere aut numero a nomine subiecti, quod illud, ad maiorem vim sermonis, abstracto sensu sumatur, et per ellipsin vocis דָּבָר *res*, vel alius similis, significationem quasi substantiuam obtineat; vt

רָחוֹק

רָחוֹק מֵרְשָׁעִים יְשׁוּעָה *longinquum ab improbis* est *salus*, i. e. res longinqua, *Ps.* 119, 155. דַּעַת לְנָבוֹן נָקֶל *scientia intelligendi* est *facile*, i. e. res facilis, *Prou.* 14, 6. יָשָׁר מִשְׁפָּטֶיךָ *rectum* sunt *iudicia tua*, *Ps.* 119, 137. מַה־נּוֹרָא מַעֲשֶׂיךָ *quam tremendum* sunt *opera tua! Ps.* 66, 3. שַׁדְמוֹת חֶשְׁבּוֹן אֻמְלָל *arua Cheschbonis* sunt *languidum*, *Ies.* 16, 8.

R. 18. Emphatica est construendi ratio, qua praedicatum suo subiecto non nude iungitur, sed praemissa particula ב *in*, quae interiorem rei aut personae naturam et conditionem clarius significet; vt *nosti hunc populum* כִּי בָרָע הוּא *quod in malo est*, i. e. malus, vel in conditione mali, *Exod.* 32, 22. בַּקֹּדֶשׁ דַּרְכֶּךָ *in sanctitate* est *via tua*, i. e. sancta est, vel potius, est ipsa quasi sanctitas, *Ps.* 77, 14. יְהוָה יִהְיֶה בְּכִסְלֶךָ *Iehoua erit in fiducia tua*, i. e. ipsa tua fiducia, *Prou.* 3, 26. בְּיִרְאַת יְהוָה סוּר מֵרָע *in reuerentia Iehouae* est *recedere a malo*, i. e. recedere a malo est ipsa Iehouae reuerentia, *Prou.* 16, 6. *Dominus Iehoua* בְּחָזָק יָבוֹא *in forti veniet*, i. e. ita vt sit fortis, *Ies.* 40, 10.

Eadem particula, adiectiuo plurali praemissa, periphrasin facit praedicati; vt אֲדֹנָי בְּסֹמְכֵי נַפְשִׁי *Dominus* est *in sustentantibus animam meam*, i. e. sustentans est, *Ps.* 54, 6. Sic *Iud.* 11, 35. *Ps.* 118, 7. *etc.*

R. 19. Loco nostri adiectiui Hebraei saepe vsurpant substantiuum cum praepositione; vt עֲבוֹדָה בַּשָּׂדֶה *opus in agro*, i. e. agreste, *Exod.* 1, 14. אַשְׁמוּרָה בַּלַּיְלָה *vigilia in nocte*, i. e. nocturna,

na, *Pſ.* 90, 4. חֲזִיר מִיַּעַר *porcus ex ſylua*, i. e. ſylueſtris, *Pſ.* 80, 14. Sic לְאֻמִּים מֵרָחוֹק *gentes a longinquo*, ſcil. loco, i. e. longinquae, *Ieſ.* 49, 1.

R. 20. Adiectiua, et Participia, in vtroque genere, praeſertim tamen feminino, abſolute et neutraliter vſurpantur, vt in neutro apud Graecos et Latinos; vt טוֹב et טוֹבָה *bonum*; רָע et רָעָה *malum*; מָשְׁחָת *corruptum*, *res corrupta*; קָשָׁה *durum*; גָּבֹהָּה *altum*; נְקַלָּה *leue*; נֶעְכָּרֶת *turbidum*, *res turbida*; *loquar* נְגִידִים *magnanima*, *Prou.* 8, 6. *lingua loquens* גְּדֹלוֹת *magna*, *Pſ.* 12, 4.

R. 21. Nomina animalium, quae ſub maſculina terminatione vtrumque ſexum complectuntur, de ſexu femineo ſumta poſſunt conſtrui vt maſculina; vt דֹּב שַׁכּוּל *vrſus orbatus*, pro *vrſa* catulis *orbata*, *Hoſ.* 13, 8. פֶּרֶה לְמַד מִדְבָּר *onager aſſuetus deſerto*, pro *onagra aſſueta*, vt ſequitur בְּאַוַּת נַפְשָׁהּ שָׁאֲפָה רוּחַ quae, *ob appetitum libidinis ſuae*, *haurit auram*, ſcil. maris etc. *Ier.* 2, 24. אַלּוּפֵינוּ מְסֻבָּלִים *boues noſtri* erunt *onuſti*, pro מְסֻבָּלוֹת *onuſtae*, i. e. grauidae, *Pſ.* 144, 14. שׁוֹרוֹ עִבֵּר וְלֹא יַגְעֵל *bos eius concipit*, *et non eiicit*, pro עִבְּרָה, et תַּגְעֵל, *Iob.* 21, 10.

R. 22. Nomina, quae per metonymiam acceperunt ſignificationem generis diuerſi ab eo, quod illis proprie conuenit, modo ita conſtruuntur, vt propriae, modo ita, vt impropriae, ſignificationis ratio habeatur. Sic נֶפֶשׁ *anima*, quando, per metonymiam, pro *homine* ſumitur, modo vt femininum conſtruitur, ratione ſuae ſignificationis propriae; vt נֶפֶשׁ כִּי תֶחֱטָא וְשָׁמְעָה קוֹל אָלָה *anima quando rea facta fuerit*,

*fuerit, et audiuerit vocem exsecrationis*, *Leu.* 5, 1. modo vt masculinum, ratione significationis metonymicae; vt ibidem statim subiicitur; וְהוּא עֵד אוֹ רָאָה אוֹ יָדָע אִם לֹא יַגִּיד וְנָשָׂא עֲוֹנוֹ *et ipse* fuerit *testis, siue praesens fuerit, siue intellexerit, si non indicauerit, tum feret crimen suum.* Similiter קְהִלָּת, proprie *poenitentia*, vt videtur, per metonymiam sumtum pro *homine poenitente*, quo nomine Salomo in Ecclesiaste se insigniuit, modo construitur vt femininum, *Eccles.* 7, 27. modo vt masculinum, *Eccles.* 1, 2. 12, 8. 9. 10. Item רְמִיָּה *remissio*, nomen femininum, ob vim metonymicam, qua *remissum* et *ignauum hominem* notat, vt masculinum construitur *Prou.* 12, 27. Mitto alia plura.

R. 23. Numerus nominum pluralis interdum loco singularis indefinite sumendi vsurpatur; vt *Sara lactauit* בָּנִים *filios*, i. e. filium aliquem, *Gen.* 21, 7. *sepultus est* בְּעָרֵי גִלְעָד *in vrbibus Gileaditidis*, i. e. in aliqua vrbium, *Iud.* 12, 7.

R. 24. Nomen subiecti plurale interdum sibi praedicatum iungit singulare, quod illi addat vim distributiuam; vt אֹרְרֶיךָ אָרוּר וּמְבָרֲכֶיךָ בָּרוּךְ *maledicentes tibi maledictus, et benedicentes tibi benedictus*, i. e. quisque maledicentium erit maledictus, et quisque benedicentium benedictus, *Gen.* 27, 29. תֹּמְכֶיהָ מְאֻשָּׁר *apprehendentes eam beatus*, i. e. quisque apprehendentium, *Prou.* 3, 18. רֹעֵה צֹאן עֲבָדֶיךָ *pastor ouium* sunt *serui tui*, i. e. quisque seruorum tuorum, *Gen.* 47, 3.

R. 25. a. Nomina pluralia, significationem numeri singularis habentia (de quibus dictum est supra

pra *Reg.* 100. *not.* 1.) plerumque vt ſingularia conſtruuntur; vt בָּרָא אֱלֹהִים *creauit Numen*, *Gen.* 1, 1. קְדֹשִׁים נֶאֱמָן *Sanctus fidus*, *Hoſ.* 12, 1. *tradam Aegyptum* בְּיַד אֲדֹנִים קָשֶׁה *in manum domini duri. Iſ.* 19, 4. בְּעָלָיו יוּמַת *poſſeſſor eius morte adficietur*, *Exod.* 21, 29. הַתַּנִּים הַגָּדוֹל *ille draco magnus*, *Ezech.* 29, 3. אֲנוּשָׁה מַכּוֹתֶיהָ *lethalis* eſt *plaga eius*, *Mich.* 1, 9. *ferueant* מֵימָיו *aquae eius*, ſcil. יַמִּים *maris*, *Pſ.* 46, 4.

b. Rarius illa, ratione formae habita, vt pluralia conſtruuntur; vt אֱלֹהִים קְדֹשִׁים הוּא *numen ſanctum ipſe* eſt, proprie *numina ſancta*, *Ioſ.* 24, 19. הִתְעוּ אֹתִי אֱלֹהִים *errare fecit me numen*, propr. *errare fecerunt numina*, *Gen* 20, 13. Sic *Gen.* 35, 7. 2. *Sam.* 7, 23. *Ier.* 10, 10. etc.

R. 26. a. Nomina collectiua, hoc eſt, quae in ſingulari numero aliquam hominum, animalium, aut rerum, multitudinem ſignificant, non tantum vt ſingularia, ratione formae ſuae, ſed et vt pluralia, ratione ſignificationis, conſtrui poſſunt; vt הָעָם הַנִּמְצָאִים עִמּוֹ *populus inuenti cum eo*, pro *inuentus*, 1 *Sam.* 13, 15. יְכַבְּדוּךָ עַם־עָז *honorabunt te populus fortis*, *Iſ.* 25, 3. וַיִּשְׁמַע הָעָם *et audiebat populus*, — וַיִּתְאַבְּלוּ *et lugebant*, *Exod.* 33, 4. וַיֵּלְכוּ אִישׁ לִמְקוֹמוֹ *et ibant vir*, i. e. quisque, ſ. ſinguli, *ad locum ſuum*, *Iud.* 9, 55. הַכֹּל סָר יַחְדָּו נֶאֱלָחוּ *complexus*, i. e. totum genus, *receſſit*, *pariter acore corrupti ſunt*, *Pſ.* 14, 3. יֵדְעוּ כָל־הַקָּהָל הַזֶּה *cognoſcent totus coetus hic*, 1 *Sam.* 17, 47. בֵּית שָׁאוּל הֹלְכִים וְדַלִּים *domus*, i. e. familia, ſ. poſteri, *Sauli* fuerunt *vadentes*, *et attenuati*, 2. *Sam.* 3, 1. זֶרַע מְרֵעִים *ſemen*, i. e. proles, *malefacientes*, *Iſ.* 1, 4.

1, 4. *peregrinum erit* זַרְעֲךָ *ſemen tuum*, — *et adfligent* אוֹתָם *eos*, Gen. 15, 13. צֹאן אוֹבְדוֹת *grex pereuntes*, *Ier.* 50, 6. חֲבָקָר חָיוּ חֹרְשׁוֹת *armentum*, i. e. boues, *fuerunt arantes*, *Iob.* 1, 14. יִתְהוֹלְלוּ הֲמוֹן הָרֶכֶב *inſano impetu ruent curruum multitudo*, *Nach.* 2, 5. יִתְרַת עָשָׂה אָבָדוּ *reſiduum*, i. e. reſiduae partes, eius quod *acquiſiuerat*, *perierunt*, *Ier.* 48, 36.

b. Nomina collectiua feminina, quae hominum multitudinem notant, vt pluralia maſculina conſtrui poſſunt; vt כָּל־הָעֵדָה כֻלָּם קְדֹשִׁים *tota concio*, *omnes illi* ſunt *ſancti*, *Num.* 16, 3. כָּל־גָּלוּת יְהוּדָה הַבָּאִים *tota captiuitas*, i. e. omnes captiui, *Iudaeae*, *qui venerunt*, *Ierem.* 28, 4. כָּל־הָאָרֶץ בּוֹכִים *tota terra*, i. e. omnes regionis incolae, fuerunt *plorantes*, 2. *Sam.* 15, 23. כָּל־מַרְבִּית בֵּיתְךָ יָמוּתוּ אֲנָשִׁים *omnis ſoboles domus tuae morientur viri*, 1. *Sam.* 2, 33. קִרְיַת גּוֹיִם עָרִיצִים יִירָאוּךָ *ciuitas gentium formidandarum timebunt te*, *Ieſ.* 25, 3.

R. 27. Nomina ſingularia, quae quidem per ſe collectiua non ſunt, de toto tamen aliquo genere vſurpantur, vel ſenſu indefinito poſita multitudinis aliquam notionem includunt, vt pluralia conſtrui poſſunt; vt וַיִּרְאוּ אִישׁ יִשְׂרָאֵל *et videbant vir*, i. e. viri, *Iſraëlis*, *Iud.* 9, 55. *num obliuiſcetur* אִשָּׁה *femina*, ſcil. vlla, *foetus ſui?* גַּם אֵלֶּה תִּשְׁכַּחְנָה *etiam illae*, ſcil. feminae, *obliuiſcantur*, *Ieſ.* 49, 15. *clamabant* אֶל שֹׁעֵר הָעִיר *ad ianitorem*, i. e. ianitores, *vrbis*, *et indicabant* לָהֶם *illis*, 2. *Reg.* 7, 10. הַעִיט צָבוּעַ *heus fera tincta*, i. e. heus hyaenae, לְכוּ אִסְפוּ *ite; congregate omnem beſtiam agri*, *Ier.* 12, 9. *ſequemini* הַתֹּהוּ *inanitatem*, i. e. numina falſa et inania, אֲשֶׁר לֹא יוֹעִילוּ וְלֹא יַצִּילוּ

*quae*

*quae non prosunt, et non eripiunt*, 1. *Sam.* 12, 21. מִפְּנֵי הַמִּלְחָמָה אֲשֶׁר סְבָבָהוּ *propter bellum*, i. e. bella, *quae cinxerant eum*, 1. *Reg.* 5, 17. כִּי תִקְרָאֶנָּה מִלְחָמָת *quando accident bellum*, scil. quodcunque, i. e. bella, *Exod.* 1, 10. נָסוּ וְאֵין רֹדֵף רָשָׁע *fugiunt, nemine persequente*, *improbus*, scil. quicunque, i. e. improbi, *Prov.* 28, 1. *dixit* נָבָל *stultus in corde suo, non esse Deum;* חִשְּׁחתוּ הִתְעִיבוּ עֲלִילָה *corruptum, abominandum, patrarunt facinus*, scil. stulti, *Ps.* 14, 1. *insidias struamus* לָבָקִי *innocenti;* נִבְלָעֵם כִּשְׁאוֹל חַיִּים *deglutiamus eos*, scil. innocentes, *sicut orcus, vivos*, *Prou.* 1, 11. 12.

R. 28. Nomina propria populorum construuntur,

a. vt singularia masculina; vt וַיַּרְא יִשְׂרָאֵל אֶת־מִצְרַיִם מֵת *et videbat Israël*, i. e. populus Israëliticus, *Aegyptum*, i. e. populum Aegyptium, *mortuum*, *Exod.* 14, 30. שַׁאֲנַן מוֹאָב מִנְּעוּרָיו *tranquillus fuit Moab a iuuentute sua*, *Ier.* 48, 11.

b. vt pluralia masculina, ob vim illorum collectiuam; vt וַיָּנֻסוּ אֲרָם et *fugiebant Syrus*, 1. *Reg.* 20, 20. בֵּית שֶׁמֶשׁ קֹצְרִים *Bethschemesch*, i. e. ciues huius oppidi, fuerunt *metentes*, 1. *Sam.* 16, 3.

c. vt singularia feminina, quod nomina regionum, quae feminina esse solent, per metonymiam pro ipsis populis vsurpentur; vt הָיְתָה יְהוּדָה לְקָדְשׁוֹ *facta est Iuda in sanctitatem eius*, *Ps.* 114, 2. וַתִּפֹּל שְׁבָא וַתִּקָּחֵם *et irruebat Saba, et auferebat ea*, *Iob.* 1, 15.

R. 29. Nomen regens quando constituit subiectum, praedicatum, quod ei respondere debebat,

interdum genere aut numero conuenit cum nomine recto; vt קוֹל הַשְּׁמוּעָה הִנֵּה בָאָה *vox famae ecce* est *aduentans*, pro בָּא, *Ier.* 10, 22. מַדּוּעַ קוֹל הַקְּרִיָה חוֹמָה *quare vox ciuitatis* est *aestuans?* pro חוֹמָה, 1. *Reg.* 1, 41. צַפַּחַת חֶשְׁמֶן לֹא חָסַר *amphora olei non defecit*, pro חָסְרָה 1. *Reg.* 17, 16. נֶגַע צָרַעַת כִּי תִהְיֶה בְאָדָם *plaga leprae quando erit in homine*, pro יִהְיֶה, *Leu.* 13, 9. קוֹל דְּמֵי אָחִיךָ צֹעֲקִים *vox sanguinum fratris tui* sunt *clamantes*, pro צֹעֵק *clamans* est, *Gen.* 4, 10. קֶשֶׁת גִּבֹּרִים חַתִּים *arcus fortium fracti* sunt, pro חַתָּה *fractus* est, 1. *Sam.* 2, 4. מִסְפַּר יָמֶיךָ רַבִּים *numerus annorum tuorum* sunt *multi*, pro רַב *multus* est, *Iob.* 38, 21. מִסְפַּר שָׁנַי נֶצְפָּנוּ *numerus annorum reconditi sunt*, pro נִצְפָּן *reconditus est*, *Iob.* 15, 20. רֹב שָׁנִים יוֹדִיעוּ חָכְמָה *multitudo annorum ostendent sapientiam*, pro יוֹדִיעַ *ostendet*, *Iob.* 32, 7.

a. Talis constructio locum non habet, nisi quando sensus patitur, vt praedicatum, quod ad nomen regens pertinet, per *zeugma* simul etiam ad nomen rectum extendatur, vt ex allatis exemplis facile apparet.

b. Eam ob causam illa construendi ratio fere perpetua est, quando subiecti locum tenet vox כֹּל *complexus*, *vniuersitas*, quam, in regimine positam, idem valere quod nostrum adiectiuum *omnis*, vel *totus*, supra iam obseruatum est. Quod enim ei additur praedicatum, plerumque non cum ipsa, sed cum voce recta, genere et numero conuenit; vt כֹּל־הָעוֹר בֹּרַחַת *fugiens* est *complexus vrbis*, i. e. omnis vrbs, pro בֹּרַחַ, *Ier.* 4, 29. כֹּל הַנֶּפֶשׁ תְּהַלֵּל *complexus animae*, i. e. omnis

omnis anima, *laudet*, pro יְהַלֵּל, *Pſ.* 150, 6. וַתֵּצֶאנָ בָּל־הַנָּשִׁים *et egrediebantur complexus mulierum*, i. e. omnes mulieres, pro וַיֵּצֵא *Exod.* 15, 20.

Interdum tamen praedicati genus et numerus ipſi כֹּל reſpondent; vt כָּל־מְלָאכָה לֹא יֵעָשֶׂה *complexus operis non fiet*, i. e. nullum opus fiet, *Exod.* 12, 16. כָּל־רֹאַיִךְ יָדוֹד *complexus videntium te fugiet*, *Nach.* 3, 7. Sic *Gen.* 5, 23. 31. 9, 29. *Ieſ.* 64, 10. &c.

R. 30 Diuerſi generis aut numeri ſubiectis quod additur praedicatum, plerumque cum eo conuenit, quod habetur pro digniore; vt אַבְרָהָם וְשָׂרָה זְקֵנִים *Abraham et Sara* fuerunt *grandaeui*, *Gen.* 18, 11. הָאִשָּׁה וְיַלְדֶיהָ תִּהְיֶה לַאדֹנֶיהָ *mulier, et nati eius, erit heri ipſius*, *Exod.* 21, 4.

Maſculinum feminino, et plurale ſingulari, digniora exiſtimantur; vt שָׂשׂוֹן וְשִׂמְחָה יִמָּצֵא בָהּ *gaudium et laetitia inuenietur in ea*, *Ieſ.* 51, 3. נָמֹגוּ אֶרֶץ וְכָל־יוֹשְׁבֶיהָ *concuſſi* ſunt *terra et omnes incolae eius*, *Pſ.* 75, 4.

b. Interdum tamen praedicatum conuenit cum ſubiecto propinquiore; vt אַפִּי וַחֲמָתִי נִתֶּכֶת *naſus meus et excandeſcentia mea effuſa* eſt, *Ier.* 7, 20. וַתְּדַבֵּר מִרְיָם וְאַהֲרֹן *et loquuta eſt Miriam et Aharon*, *Num.* 12, 1. וַיֵּצֵא נֹחַ וּבָנָיו וְאִשְׁתּוֹ וּנְשֵׁי־בָנָיו *et egreſſus eſt Noach, et filii eius, et vxor eius, et vxores filiorum eius*, *Gen.* 8, 18. עַבְדֵי דָוִד וְיוֹאָב בָּא *ſerui Dauidis et Ioabus venit*, 2. *Sam.* 3, 22. אֶת־שְׁנֵי הַגּוֹיִם וְאֶת־שְׁתֵּי הָאֲרָצוֹת לִי תִּהְיֶינָה *ipſi hi duo*

*populi, et ipsae hae duae regiones, meae erunt, Ezech.* 35, 10.

Vtrique huic construendi rationi *zeugma* subest, figura satis nota. Sed obseruandum adhuc, Verbum, quod diuersa eiusmodi nomina praecedit, plerumque cum solo propiore construi; quod vero sequitur, ad singula simul referri; vt וַיִּשְׁתַּחֲוּ וַתִּגַּשׁ גַּם־לֵאָה וִילָדֶיהָ וָאַחַר נִגַּשׁ יֹסֵף וְרָחֵל וַיִּשְׁתַּחֲוּ *et accessit etiam Lea et nati eius, et se incuruarunt; et dein accessit Ioseph et Rachel, et se incuruarunt; Gen.* 33, 7. Eadem constructio amatur, si nomina sint eiusdem generis et numeri; vt וַיָּקָם אֲבִימֶלֶךְ וּפִיכֹל וַיָּשֻׁבוּ *et resurrexit Abimelech et Pichol, et reuersi sunt, Gen.* 21, 32. וַתַּעַן רָחֵל וְלֵאָה וַתֹּאמַרְנָה *et respondebat Rachel et Lea, atque dicebant, Gen.* 31, 14.

R. 31. Nominatiuo, quando subiectum, et quidem certum, non indefinitum, designat, non raro particula אֵת, eadem, quae alibi nota est accusatiui, ita praemittitur, ut habeat vim aliquam demonstrandi; vt *ne mala sit in oculis tuis* אֶת־הַדָּבָר הַזֶּה *ipsa res haec, 2. Sam.* 11, 25. הֲיֵשׁ אֶת־לְבָבְךָ יָשָׁר *an est ipsum cor tuum sincerum? 2. Reg.* 10, 15. *comburetur igne* אֹתוֹ *ipse ille, et omne quod habet, Ios.* 7, 15 *ceciderunt octodecim millia virorum;* אֶת־כָּל־ אֵלֶּה אַנְשֵׁי חַיִל *ipsi omnes hi* fuerunt *viri strenui, Iud* 20, 44. אֵת אֲשֶׁר לֹא יִתֵּן צַוָּארוֹ *is ipse qui non tendet ceruicem suam, Ier.* 27, 8. אֶת־מַלְכֵינוּ *ipsi reges nostri — non fecerunt legem tuam, Neh.* 9, 34.

Eadem est propria huius particulae virtus, quando accusatiuo praemittitur, cuius nota non alio sensu dicitur, quam habita ratione vsus frequentioris. Quare nun-

nunquam illa ponitur ante accusatiuum nominis indefiniti, et nullo modo ad certum subiectum restricti.

R. 32. Duo nominatiui, quorum alter subiectum exprimit, alter praedicatum, absolute poni possunt, eadem ratione, qua duo ablatiui Latinorum, et duo genitiui Graecorum; vt דָּוִד בָּא *Dauide veniente*, 2. *Sam.* 15, 32. הָמוֹן חוֹגֵג *turba tripudiante*, *Ps.* 42, 5. כָּל־הֹרֵג קַיִן *vllo occidente Kaïnum*, *septuplo vindicabitur*, scil. Kaïnus, *Gen.* 4, 15. כָּל־אִישׁ זֹבֵחַ זֶבַח *quouis viro sacrificante sacrificium*, 1 *Sam.* 2, 13. עוֹד זֶה מְדַבֵּר *adhuc hoc loquente*, *Iob.* 1, 16. עוֹדֶנּוּ חַי *adhuc illo viuo*, 2. *Sam.* 18, 14. הֵמָּה עֹלִים *illis adscendentibus*, 1. *Sam.* 9, 11.

a. Vt Latinae et Graecae, ita et Hebraeae constructionis ratio in ellipsi est posita. Plene dicendum fuisset, כִּי דָוִד הָיָה בָּא *quando Dauid fuit veniens*; atque ita in reliquis.

b. Nominatiuus subiecti, quando est pronomen, potest etiam omitti; vt קֹרְאִים אֶל־יְהוָה וְהוּא יַעֲנֵם *clamantibus ad Iehouam*, scil. illis, *tum ipse exaudit illos*, *Ps.* 99, 6.

R. 33. *Nominatiuus absolutus* dicitur, qui, initio sententiae positus, integrum eius membrum solus explet; latine per *quod attinet*, aliamue similem periphrasin, commode exponitur; vt הַדְּבָרִים אֲשֶׁר שָׁמַעְתָּ *verba*, *quae audiuisti*, i. e. quod attinet ad ea verba, 2. *Reg.* 22, 18. כָּל־הַזָּהָב *omne aurum*, *Exod.* 38, 24.

Hoc nominatiuo absoluto Hebraei saepe vtun-

tur, cum ad ornatum, tum ad maiorem emphasin sermoni addendam; et quidem,

a. quando constructio nominatiuum requirit; vt שָׁאוּל עוֹדֶנּוּ בַגִּלְגָּל *Saulus, adhuc ille* fuit *Gilgale*, 1. *Sam.* 13, 7. וּפִילַגְשׁוֹ וַתֵּלֶד גַּם הִיא *et pellex eius, peperit etiam ipsa*, *Gen.* 22, 24. וַיְהִי הַנִּשְׁאָרִים וַיָּבֹצוּ *fiebat, residui*, s. quod ad residuos attinet, *dilabebantur*, 1. *Sam.* 11, 11.

b. quando constructio casum obliquum requirit, quem, praemisso nominatiuo absoluto, exprimunt per subiunctum pronomen; vt הָאֵל תָּמִים דַּרְכּוֹ *Deus, integra* est *via eius*, pro *integra* est *via Dei*, *Ps.* 18, 31. תַּאֲנָתָהּ מִי יְשִׁיבֶנָּה *aestus eius, quis sedabit eum? Ier.* 2, 24. חַמְגִּיד לִי *nuntium adferens mihi*, — וְאֹחֲזָה בּוֹ וַאֲהָרְגֵהוּ *apprehendi eum, et occidi eum*, 2. *Sam.* 4, 10. תּוֹרָתִי וַיִּמְאַסוּהָ *lex mea, exulcerati sunt in eam*, *Ier.* 6, 19. בְּנֵי יִשְׂרָאֵל *Israëlitae, habitantes in urbibus Iudaeae*, וַיִּמְלֹךְ עֲלֵיהֶם רַחַבְעָם *regnauit super eos Rechabeam*, 1. *Reg.* 12, 17.

α. Particula ל, quae Verbo praemittitur, etsi latina in versione exprimi nequit, non tamen redundat, sed nexum eius cum nominatiuo absoluto indicat. Quare recte legitur 2. *Sam.* 19, 41. כָּל־עַם יְהוּדָה וַיַּעֲבִירוּ אֶת־הַמֶּלֶךְ *omnis populus Iudaeae, traducebant regem*, neque opus fuit, vt Masorethae pro וַיַּעֲבִירוּ substituerent הֶעֱבִירוּ.

β. Vt nomina, ita et pronomina, in nominatiuo absoluto poni possunt; vt וַאֲנִי תְּפִלָּתִי לָךְ *et ego*, i. e. quod ad me attinet, *precatio mea* est *ad te*, *Ps.* 69, 14. וְהִוא מַר־לָהּ *et illa, acerbitas ei* est, *Thren.* 1, 4.

SECTIO

# SECTIO II.

## *DE SYNTAXI PRONOMINVM.*

R. 34. Pronomina perſonalia ſecundae et tertiae perſonae, tam ſeparata, quam adfixa, in plurali maſculino interdum pro genere feminino vſurpantur; forte per archaismum, quod credibile ſit, illa olim generis fuiſſe communis. Talia ſunt, אַתֶּם *vos*, feminae, *Ezech.* 13, 20. עִמָּכֶם *vobiscum*, f. *Ruth.* 1, 8. הֵמָּה *ipſae*, *Cant.* 6, 8. *Zach.* 5, 10. פְּרִיהֶם *foetus earum*, *Thren.* 2, 20. אֲבוֹתָם *parentes earum*, אֲחֵיהֶם *fratres earum*, et אוֹתָם *eas*, *Iud.* 21, 22. לָהֶם *iis*, f. *Iud.* 19, 24.

1. Similiter femininum אַתְּ *tu*, communis olim generis fuiſſe, dubitari nequit, quod maſc. אַתָּה ex eodem אַתְּ et הָ demonſtratiuo fuerit compoſitum: quare illud אַתְּ etiam vt maſculinum occurrit *Num* 11, 15. *Deut.* 5, 24. *Ezech.* 28, 14.

2. Communis generis etiam demonſtratiuum זֶה olim fuiſſe videtur; vnde eſt שְׁבֻעָתְךָ זֹאת *adiuratio tua haec*, *Ioſ.* 2, 17.

R. 35. a. Pronomina perſonalia tertiae perſonae, tam ſeparata, quam adfixa, nec non demonſtratiua, quando non ad perſonam, ſed ad rem ſe referunt, in ſingulari, tam maſculino, quam feminino, abſolute poni, et vſum neutralem induere poſſunt; vt בַּתָּפוּךְ הוּא *inuerſum eſt ipſum*, *Eſth.* 9, 1.

9, 1. הִיא כְתוּבָה *ipsum scriptum* est, *Ios.* 10, 13. רְאֵה־זֶה חָדָשׁ הוּא *vide hoc, nouum ipsum* est, *Eccl.* 1, 10. הִנֵּה זֹאת הֲקַרְנוּהָ כֶן־הִיא שְׁמָעֶנָּה *ecce hoc, inuestigauimus illud; sic illud* est; *audi illud; Iob.* 5, 27.

b. Tali sensu neutrali sumtum pronomen genere et numero differre potest a nomine praecedente; vt אִשֵּׁי יְהוָֹה הוּא נַחֲלָתוֹ *sacrificia Iehouae, ipsum*, s. haec ipsa res, erit *hereditas eius*, *Ios.* 13, 14. *si pignori acceperis* שִׂלְמַת *vestem socii tui, occidente sole* תְּשִׁיבֶנּוּ *restitues illud*, i. e. rem pignori acceptam, *Exod.* 22, 26. *exstitit* צְעָקָה גְדֹלָה *clamor magnus in tota terra Aegypti*, אֲשֶׁר כָּמֹהוּ *secundum quod*, s. secundum quam rem, *non factus fuerat*, *Exod.* 11, 6. בְּטַבְּעֹת *in annulis arcae* erunt *vectes, non recedent* מִמֶּנּוּ *ex eo*, i. e. exinde, *Exod.* 25, 15.

c. Frequens praesertim est, vt sensu neutrali sumtum pronomen adfixum singulare femininum se referat ad nomen plurale vel masculinum vel femininum; vt *petras comminuunt* מַיִם *aquae; proluunt* סְפִיחֶיהָ *effusiones eius* rei, (i. e. *earum*, scil. aquarum) *puluerem terrae*, *Iob.* 14, 19. *Ea relinquit terrae* בֵּיצֶיהָ *oua sua*, — *et* dein *obliuiscitur*, כִּי רֶגֶל תְּזוּרֶהָ *quod pes compressurus sit eam* rem, (i. e. ea, scil. oua) *et fera agri* תְּדוּשֶׁהָ *contritura sit eam*, *Iob.* 39, 14. 15. בְּחַטֹּאות *peccatis Ieroboami inhaesit; non destitit* מִמֶּנָּה *ab ea* re, scil. illis peccatis, 2. *Reg.* 3, 3. *maledicam* אֶת־בִּרְכוֹתֵיכֶם וְגַם אָרוֹתִיהָ *benedictionibus vestris, et quoque maledixi ei*, i. e. huic rei, scil benedictionibus vestris, *Mal.* 2, 2. *laxauit fulmen* בְּעַצְמֹתַי וַיִּרְדֶּנָה *in ossa mea, et elisit eam* rem, scil. ossa mea, *Thren.* 1, 13.

R. 36.

R. 36. a. Ad nomen plurale, quod notat homines vnam ſocietatem conſtituentes, interdum redit pronomen adfixum ſingulare, ſenſu collectiuo accipiendum; vt *quando egreſſus fueris* עַל־אֹיְבֶיךָ *contra hoſtes tuos*, וּנְתָנוֹ *et tradiderit eum*, ſcil. exercitum hoſtilem, *Ieboua in manum tuam*, *Deut.* 21, 10. *ſumebat mulier* אֶת־שְׁנֵי הָאֲנָשִׁים וַתִּצְפְּנוֹ *duos viros*, *et abſcondebat eum*, pro *eos*, ſ. vtrumque eorum, *Ioſ.* 2, 4. *Rachel renuit conſolationem admittere* עַל־בָּנֶיהָ כִּי אֵינֶנּוּ *ſuper filiis ſuis*, *quia vacuitas eius*, pro *eorum*, i. e. nullus eorum adeſt, ſ. vniuerſitas filiorum interiit, *Ier.* 31, 15.

Nonnunquam pronomen plurale, et ſingulare collectiuum, vices alternant; vt: *non diſtribuent cibum* לָהֶם *illis*, *propter luctum*, לְנַחֲמוֹ *ad conſolandum eum ſuper mortuo*; *et non potabunt* אוֹתָם *ipſos calice conſolationis*, עַל־אָבִיו וְעַל־אִמּוֹ *ſuper patre ipſius*, *et ſuper matre ipſius*, *Ier.* 16, 7.

b. Ad nomen plurale, ſignificans homines vnius ſtatus et conditionis, interdum refertur pronomen adfixum ſingulare, ſenſum habens diſtributiuum, quo ad ſingulos illorum pertinet; vt צְדָקַת צַדִּיקִים יָסִירוּ מִמֶּנּוּ *iuſtitiam iuſtorum tollunt ab eo*, i. e. a quocunque iuſtorum, *Ieſ.* 5, 23. עֲמַל הַכְּסִילִים תְּיַגְּעֶנּוּ *labor ſtultorum fatigat eum*, i. e. quemcunque ſtultorum, *Eccleſ.* 10, 15.

Talem vim diſtributiuam habet quoque pronomen, quando plures de ſe in prima perſona ſingulari loquentes introducuntur; vt *clamabant Acronitae*, *dicentes*:

*deduxerunt* אֵלַי *ad me arcam*, — לַהֲמִיתֵנִי וְאֶת־עַמִּי *ad occidendum me, et populum meum*, i. e. singuli illorum talia clamabant, 1. *Sam.* 5, 10.

R. 37. a. Pronomen personale, nomini, ad quod redit, subiunctum, interdum ita redundat, vt insignem tamen adferat emphasin; vt *illa mulier, quam collocasti apud me*, הִיא *ipsa dedit mihi*, *Gen.* 3, 12. *Iehouam*, אֹתוֹ תַקְדִּישׁוּ *ipsum sanctificabitis*, *Ies.* 8, 13. *de arbore scientiae boni et mali, non comedes* מִמֶּנּוּ *de ea*, *Gen.* 2, 17.

b. Pronomini adfixo ipsum nomen, ad quod illud pertinet, nonnunquam subiungitur, vel ad maiorem euidentiam, vel singularis emphaseos causa; vt *omnes Iudaei, qui fuerunt* אִתּוֹ אֶת־גְּדַלְיָהוּ *cum eo*, scilicet *cum Gedalia*, *Ier.* 41, 3. נַפְשׁוֹ עָצֵל *appetitus eius, tardatoris*, *Prou.* 13, 4. וַתִּרְאֵהוּ אֶת־הַיֶּלֶד *et videbat eum, puerum*, *Exod.* 2, 6.

c. In pronomine adfixo quando posita est praecipua alicuius dicti vis et emphasis, ei addi solet pronomen separatum eiusdem personae, generis, et numeri; vt בִּי־אָנִי הָעָוֹן *in me, me*, inquam, *crimen* est, 1. *Sam.* 25, 24. הֲצוֹם צַמְתֶּנִי אָנִי *an vtique ieiunastis mihi, mihi*, inquam? *Zach.* 7, 5. פִּגְרֵיכֶם אַתֶּם *cadauera vestri, vestri*, inquam, *cadent in deserto hoc*, *Num.* 14, 32. אָבַד זִכְרָם הֵמָּה *periit memoria eorum, eorum*, inquam, *Ps.* 9, 7.

d. Adfixa pronomina cum particula ל composita saepe redundant cum quadam elegantia, aut leni emphasi, qua id, quod in alicuius commodum vel damnum fit, significatur; vt אָשׁוּבָה לִּי *reuertar mihi*, *Num.* 22, 34. נִגְזַרְנוּ לָנוּ *excisi sumus nobis*, *Ezech.* 37, 11. וַתִּבָּטַח לָךְ *et confisus es tibi*,

*bi*, *Ieſ.* 36, 9. הָעֲגָלָה חֲמֻלֹאָה לָהּ *plauſtrum plenum ſibi*, *Amos* 2, 13.

R. 38. a. Loco Verbi ſubſtantiui, praeſertim vbi praeſens perſonae vel rei ſtatus ſignificatur, pronomen perſonale ſeparatum vſurpari ſolet; vt כֻּלָּנוּ בְנֵי אִישׁ אֶחָד נַחְנוּ *omnes nos filii viri vnius nos*, i. e. ſumus, *Gen.* 42, 11. מָה הֵמָּה אֵלֶּה *quid ipſi iſti*, i. e. quid ſint iſti, *Zach.* 1, 9.

b. Tertiae perſonae pronomen vſum Verbi ſubſtantiui obtinet etiam poſt pronomina primae et ſecundae perſonae; vt *ego Iehoua primus*, *et cum vltimis* אֲנִי הוּא *ego ipſe*, i. e. ego ſum, *Ieſ.* 41, 4. *etiam vos*, *Cuſchaei*, *caeſi gladii mei* הֵמָּה *ipſi*, i. e. eſtis, *Zeph.* 2, 12.

Alius indolis eſt אֲנִי הוּא *ego* ſum *ipſe*, *Deut.* 32, 39. vel *ego* ſum *idem*, *Ieſ.* 43, 10. vbi הוּא, omiſſo Verbo ſubſtantiuo, conſtituit praedicatum; poteſt etiam ad ſubiectum pertinere; vt אַתָּה הוּא *tu ipſe*, *Iehoua*, es *Deus noſter*, *Ier.* 14, 22. אָנֹכִי הוּא מֹחֶה פְשָׁעֶיךָ *ego ipſe* ſum *delens crimina tua*, *Ieſ.* 43, 25.

R. 39. Pronomen adfixum interdum relationem habet minus ordinariam; ſcilicet,

a. quando pertinet ad nomen diſerte non expreſſum, ſed ex ſolo ſermonis contextu cognoſcendum; vt עֶבְרָתוֹ *indignatio eius*, pro *Dei*, *Thren.* 3, 1. יִלְכְּדָהּ *capiet eam*, pro *vrbem*, *Hab.* 1, 10. *dicito* אֲלֵהֶם *ad eos*, pro *ad Iudaeos*, *Zach.* 1, 3.

b. quando redit non ad propinquius nomen, ſed ad remotius; vt וַיּוֹצִיאֵם *et eduxit eos*, *Pſ.* 105, 37.

105, 37. scil. Israëlitas, non Aegyptios, etsi horum nomen propius praeceſſit.

c. quando ſe refert ad nomen ſequens; vt אֵצֶל פִּנָּה וְדֶרֶךְ בֵּיתָהּ *iuxta angulum eius, et viam domus eius*, *Prou.* 7, 8. scil. mulieris meretricis, cuius mentio fit in ſequentibus.

R. 40. a. Pronomen demonſtratiuum ſi geminetur, ſenſu diſtributiuo *vnum* et *alterum*, vel *alium* atque *alium*, notat; vt *non appropinquauit* זֶה אֶל־זֶה *hic ad hunc*, i. e. vnus ad alterum, *Exod.* 14, 20 וַיֹּאמֶר זֶה בָּכֹה וְזֶה אָמַר בָּכֹה *et dixit hic ſic, et hic dixit ſic*, i. e. alius hoc, alius illo modo, 1. *Reg.* 22, 20. אֵלֶּה בָרֶכֶב וְאֵלֶּה בַּסּוּסִים *hi in curribus, et hi in equis*, i. e. alii in curribus, alii in equis, *Pſ.* 20, 8.

Interdum alternant זֶה et זֹה vel זֹאת, variandi ergo; vt בָּזֹה וְכָזֶה תְּדַבֵּר *ſecundum hoc, et ſecundum hoc, loqueris*, i. e. his diuerſis modis, 1. *Reg.* 14, 5.

b. Demonſtratiuum ſingulare זֶה ſaepe, per ellipticam conſtructionem, iungitur nomini plurali aut duali; vt זֶה שִׁבְעִים שָׁנָה *bis ſeptuaginta annis*, proprie *hoc*, ſcil. tempore, *ſeptuaginta annis*, i. e. quod conſtituunt ſeptuaginta anni, *Zach.* 1, 12. 7, 5. זֶה פְּעָמִים *hoc*, ſcil. actu, *duabus vicibus*, i. e. qui iam fit altera vice, *Gen* 27, 36.

c. Demonſtratiuum זֶה, זֹאת, ſi praemiſſam habeat particulam interrogantem אֵי, vim accipit pronominis interrogatiui; vt אֵי־זֶה חַדֶּרֶךְ *quaenam via?* 1. *Reg.* 13, 12 אֵי מִזֶּה תָּבֹא *ex quo* loco *venis?* *Iob.* 2, 2. אֵי לָזֹאת *propter quid?* *Ier.* 5, 7.

d. De-

d. Demonstratiuum זֶה interrogatiuis מִי *quis?* מָה *quid?* לָמָּה *propter quid? quare?* ita subiungi solet, vt fere redundet, nisi quod id, de quo interrogatur, pressius demonstret; vt מִי זֶה אָמַר *quis hic dixit?* pro *quis dixit? Thren.* 3, 37. Sic מַה־זֶּה הָיָה *quid hoc factum est? 1. Sam.* 10, 11. לָמָּה זֶּה שְׁלַחְתָּנִי *propter quid hoc misisti me? Exod.* 5, 23.

α. Originem huic constructioni dedit omissum pronomen אֲשֶׁר; plene foret מִי זֶה אֲשֶׁר אָמַר *quis* est *hic, qui dixit?* et sic in reliquis.

β. Ita et זֶה redundare putatur in עַתָּה זֶה *nunc*, 1. *Reg.* 17, 24. 2. *Reg.* 5, 22. Sed proprie est *nunc, hoc*, scil. tempore.

R. 41. a. Pronomen relatiuum saepe includit nomen vel pronomen antecedens, ad quod ipsum referri debet; vt *tollet te* עַל־אֲשֶׁר לֹא־אָרַע *super* locum *quem nescias*, 1. *Reg.* 18, 12. אֲשֶׁר הִכִּיתָ רָדָפוּ eum *quem percusseras, infestati sunt, Ps.* 69, 72. *docebo te* אֲשֶׁר תֵּדֵּבר id *quod loqueris, Exod.* 4, 12.

b. Relatiuum nunquam in genitiuo ponitur, sed casus hic per subsequens pronomen adfixum exprimitur; vt גּוֹי אֲשֶׁר לֹא תִשְׁמַע לְשֹׁנוֹ *gens, quae non intelliges linguam eius*, pro *cuius linguam, Deut.* 28, 49. אֲשֶׁר בְּאַרְצָם *qui in terra eorum*, pro *quorum in terra, Ioël* 4, 19. אִי לָךְ אֶרֶץ שֶׁמַּלְכֵּךְ נַעַר *vae tibi, terra, quae rex tui* (i. e. tu, cuius rex) *puer* est, *Eccles.* 10, 16.

c. In accusatiuo pronomen relatiuum poni quidem potest; vt הָאִשָּׁה אֲשֶׁר נָתַתָּה עִמָּדִי *mulier, quam collocasti apud me, Gen.* 3, 12.

Saepe

Saepe tamen in nominatiuo praemittitur, accusatiuo per subiunctum adfixum expresso; vt *sicut gluma*, אֲשֶׁר תִּדְּפֶנּוּ רוּחַ *quae discutit eam ventus*, pro *quam discutit*, *Ps.* 1, 4. *leges meae*, אֲשֶׁר יַעֲשֶׂה אֹתָם הָאָדָם *quae faciet eas homo*, pro *quas faciet*, *Leu.* 18, 5.

d. Pronomen relatiuum, si includat nomen aut pronomen antecedens, ipsum praepositiones sibi praemittit; vt אֶל־אֲשֶׁר תֵּלְכִי *ad quem* locum *ibis*, *Ruth.* 1, 16. אַחֲרֵי אֲשֶׁר בָּא *post* tempus *quo venit*, i. e. postquam, 2. *Sam.* 19, 31. Sic בַּאֲשֶׁר *in quo*; לַאֲשֶׁר *ei qui*; כַּאֲשֶׁר *secundum quod*; מֵאֲשֶׁר *ex* eo *quod*, *ab* eo *qui*; etc.

e. Pronomen relatiuum, si nomen, ad quod redit, expressum sit, cum praepositionibus non construitur, sed ipsum in nominatiuo praecedit, praepositiones autem cum sequente adfixo iunguntur; vt *Deus*, אֲשֶׁר לוֹ הַיָּם *qui ad ipsum* pertinet *mare*, i. e. *ad quem* pertinet, s. cuius est mare, *Ps.* 95, 5. הָאָרֶץ אֲשֶׁר יָשְׁבוּ בָהּ *terra*, *quae habitarunt in ea*, i. e in qua habitarunt, *Ezech.* 37, 25. *Ieremias* אֲשֶׁר הָיָה דְבַר יְהוָה אֵלָיו *qui factus est sermo Iehovae ad eum*, i. e. ad quem factus est, *Ier* 1, 2.

f. Praepositio cum suo adfixo pronomine omitti solet, si nomen, ad quod relatiuum redit, eandem praepositionem sibi praemissam habeat; vt בִּמְקוֹם אֲשֶׁר־נִבְרֵאתָ *in loco*, *quo creata es*, pro אֲשֶׁר־נִבְרֵאת בּוֹ *in quo creata es*, *Ezech.* 21, 30. *venimus ad terram*, אֲשֶׁר שְׁלַחְתָּנוּ *quam misisti nos*, pro אֲשֶׁר שְׁלַחְתָּנוּ אֵלֶיהָ *ad quam misisti nos*, *Num.* 13, 27.

g. Ad-

g. Aduerbium שָׁם *ibi*, praemisso אֲשֶׁר, vim accipit relatiuam; vt אֲשֶׁר שָׁם fit *vbi*, אֲשֶׁר שָׁמָּה *quo*, אֲשֶׁר מִשָּׁם *vnde*.

R. 42. Pronominis relatiui frequens est ellipsis, praesertim in stilo ornatiore et sententioso; vt *similis est iumentis*, נִדְמוּ quae *exscinduntur*, *Ps.* 49, 21. לָדַעַת כָּל־בִּלְבָבוֹ *ad cognoscendum omne* quod *in corde eius*, 2. *Chron* 32, 31. *ducam coecos* בְּדֶרֶךְ לֹא יָדָעוּ *in via* quam *non norunt*, *Ies.* 42, 16. *pereat dies*, אֹבַד בּוֹ *nascebar in eo*, i. e. in quo nascebar, *Iob.* 3, 3. *non concupisces argentum et aurum*, עֲלֵיהֶם quod *super illis* est, *Deut.* 7, 25.

a. Interdum deest quoque praepositio cum suo pronomine adfixo; vt מִיּוֹם דִּבַּרְתִּי *a die*, in quo *loquutus sum*, pro אֲשֶׁר דִּבַּרְתִּי בּוֹ, *Ier.* 36, 2. קִרְיַת חָנָה דָוִד *vrbs*, in qua *resedit Dauid*, pro אֲשֶׁר חָנָה בָּהּ, *Ies.* 29, 1.

b. Concisior adhuc structura est, quando simul etiam nomen vel pronomen antecedens omittitur; vt *deducetis arcam* אֶל־הַכִּינוֹתִי לוֹ *ad* locum quem *praeparaui ei*, 1. *Chron.* 15, 12. אֶתֵּן לָהֶם יַעַבְרוּם *dabo ipsis* eos qui *inuadant ipsos*, *Ier.* 8, 13. עַל עָנְיִ יַחֲבֹלוּ id quod *super inopem* est, (i. e. vestem eius) *pignerantur*, *Iob.* 24, 9.

R. 43. Pronomen relatiuum, vel expressum, vel omissum, quando ad primam vel secundam personam redit, saepe efficit, vt ab ea ad tertiam transeatur; vt *tu profane impie princeps Israëlis*, אֲשֶׁר בָּא יוֹמוֹ *qui venit dies eius*, i. e. qui es is, cuius

ius dies venit, *Ezech.* 21, 25. *canta, sterilis,* לֹא יָלָדָה quae *non peperit*, i. e. quae es ea, quae non peperit, *rumpe cantum, et hinni,* לֹא חָלָה quae *non parturiuit*, i. e. quae es ea, quae non parturiuit, *Iesaj.* 54, 1. הִנֵּנִי יֹסֵד *ecce me*, qui *fundauit*, i. e. qui sum is, qui fundauit, *Iesaj.* 28, 16.

a. Talis personae mutatio amatur quoque, quando participium, ad primam vel secundam personam pertinens, ita includit pronomen relatiuum, vt per ipsum, et Verbum finitum, resolui possit; vt מֵכִין הָרִים בְּכֹחוֹ *o firmans montes robore suo*, pro בְּכֹחֲךָ *robore tuo*, q. d. o tu, qui es is, qui firmauit montes robore suo, *Ps.* 65, 7. Sic et *Iob.* 18, 4. *Iesaj.* 22, 16. *Obadi.* 3. *Hab.* 2, 15. etc. Idem fit, quando a tali participio transitur ad Verbum finitum, relatiuo pronomine omisso; vt: *audite hoc, capita domus Iacobi, et principes domus Israëlis,* הַמְתָעֲבִים מִשְׁפָּט וְאֶת כָּל־הַיְשָׁרָה יְעַקֵּשׁוּ *illi abominantes iudicium, et* qui *omne rectum peruertunt*; q. d. qui estis illi, qui abominantur iudicium, et qui estis illi, qui omne rectum peruertunt; *Mich.* 3, 9. Ita et *Ps.* 18, 48. *Iesaj.* 44, 25. 26. 48, 1. *Amos* 5, 7. 12. 6, 5. 6. &c.

b. Similis mutatio fit in כֻּלָּם *omnes illi*, ad secundam personam relato, pro כֻּלְּכֶם *omnes vos*; vt כֻּלָּם תָּשׁוּבוּ *omnes illi, reuertamini*, i. e. vos, qui estis omnes illi, *Iob.* 17, 10. Conf. 1. *Reg.* 22, 28. *Mich.* 1, 2.

R. 44. a. Pronomen מִי, quo de *persona* interrogatur, nomini *rem* significanti non iungitur, nisi id metonymicam habeat *personae* notionem; vt

מִי

מִי לְךָ כָל־הַמַּחֲנֶה הַזֶּה *quae tibi* est *tota acies haec? Gen.* 33, 8. מִי שִׁמְךָ *quis* est *nomen tuum?* i. e. quis es nomine tuo? *Iud.* 13, 17. מִי שְׁכֶם *quae* est *Schechem?* i. e. qui sunt Schechemitae? *Iud.* 9, 28.

b. מִי et מָה, vel מֶה, substantiuo postposita, regimen efficiunt, et nominis recti locum occupant; vt נִשְׁמַת מִי *halitus cuiusnam? Iob.* 26, 4. חָכְמַת מָה *sapientia cuius rei? Ier.* 8, 9.

c. Eadem non tantum in directa, sed et in obliqua, interrogatione vsurpantur; vt *ignotum est,* מִי הִכָּהוּ *quis percusserit eum, Deut.* 21, 1. *audies,* מַה־יְדַבְּרוּ *quid loquuturi sint, Iud.* 7, 11.

d. Ex vsu interrogatiuo ortus etiam is est, quo מִי valet *quicunque*, מָה, vel מֶה, *quodcunque;* vt מִי פֶתִי *quis fatuus?* i. e. quicunque fuerit fatuus, *diuertat huc, Prou.* 9, 4. מַה־שְׁאֵלָתֵךְ *quid postulatum tuum?* i. e. quodcunque fuerit, *dabitur tibi, Esth.* 9, 12.

# SECTIO III.

## *DE SYNTAXI VERBORVM.*

R. 45. Ad Verborum syntaxin referenda est doctrina de vsu Temporum, qui praecipue pendet ex ipso sermonis contextu atque dispositione. Cum enim Hebraeis, in Verbo finito, Tempora tantum duo essent, neque ea inflecterentur per diuersos Modos, necesse fuit, vt vtriusque vsus latius extenderetur, et per constructionem definiretur.

R. 46. a. Praeteritum omni nostro Praeterito, tam perfecto, quam imperfecto, et plusquam perfecto, respondere potest.

Cum perfecto conuenit, quando res vt absolute praeterita spectatur; vt לָמָּה־זֶּה יָרַדְתָּ *quare descendisti?* 1. *Sam.* 17, 28.

Per imperfectum commode vertitur, quando res praeterita, per additam quandam temporis designationem, tanquam tunc praesens sistitur; vt בָּעֵת הַהִיא יִשְׁלַח *tempore eodem mittebat*, 2. *Reg.* 20, 12.

Denique plusquam perfectum exprimit, quando res proponitur vt praeterita, in relatione ad tempus praeteritum; vt *fecit secundum omne id quod* עָשָׂה *fecerat Vssia pater eius*, 2. *Reg.* 15, 34.

b. Com-

b. Complura Verba, per indolem ſuae ſignificationis, in Praeterito includunt tempus praeſens, aliqua etiam futurum; vt יָדַעְתִּי proprie *repoſui*, ſcil. animo, i. e. *ſcio*, *Gen.* 4, 9. נֶחֱמַתִּי propr. *factus ſum ſuſpirans*, i. e. *poenitet me*, 1. *Sam.* 15, 11. חָלִיתִי propr. *attritus fui*, i. e. *aegroto*, *Ieſ.* 33, 24. נָטַתִּי propr. *tetendi*, i. e. porrexi vt quis caperet, et hinc, per metonymiam, *dabo*, *Gen.* 15, 18. 23, 13. etc.

c. Praeteritum ſaepe de eo, quod quis facere ſolet, vel quod omni tempore eodem modo ſe habet, ἀορίστως vſurpatur, atque per noſtrum Praeſens commode exponitur; vt *Euge eum virum, qui non* הָלַךְ *ambulat in conſilio improborum! Pſ.* 1, 1. *irridens pauperem* חֵרֵף *probro afficit factorem eius*, *Prou.* 17, 5.

d. In ſtilo prophetico admodum frequens eſt, vt res futura in Praeterito, tanquam iam facta, enuntietur. Ratio dari poteſt gemina; altera, quod Prophetae ita ſignificare voluerint, rem futuram diuino decreto iam deciſam, et quaſi conſummatam eſſe; vt שָׁבַרְתִּי *fregi iugum regis Babelis*, i. e. frangere decreui, *Ier.* 28, 2. coll. *v.* 4. altera, quod rem futuram ita deſcribant, et quaſi in tabella expingant, prout ipſis, in prophetica viſione, tanquam iam facta, repraeſentabatur; vt *ambulantes in tenebris* רָאוּ *viderunt lucem magnam*, — *lux* נָגַהּ *exſplenduit ſuper eos*, *Ieſ.* 9, 1.

R. 47. Praeteriti ea peculiaris indoles eſt, vt, quando per particulam praefixam ו cum praecedente Futuro, vel Imperatiuo, connectitur, ei ſe ac-

commodet, atque etiam ipsum valeat Futurum, vel Imperatiuum; quare illa ו vulgo *Conuersiua Praeteriti* vocatur, vt supra indicatum est, *R.* 159. Conf. et *R.* 171.

a. Ratio huius vsus ea esse videtur, quod Praeteritum, prima sua origine, ab Infinitiuo non fuerit diuersum, vt obseruatum est supra *R.* 65. Quare illud, alio cum tempore connexum, eius indolem facile sequi potuit.

b. Quodsi vero Praeteritum praecedat, aliud Praeteritum, quod cum eo copulatur, seruat vsum suum ordinarium; vt מִי פָעַל וְעָשָׂה *quis operatus est, et perfecit? Ies.* 41, 4. Idem facit, si Futurum cum ו Conuersiua praecedat; vt וַיִּשְׁפֹּט *et iudicabat Samuel Israelem, omnibus diebus vitae suae,* וְהָלַךְ *et proficiscebatur quotannis,* וְסָבַב *et circumibat,* — וְשָׁפַט *et iudicabat Israelem,* 1. *Sam.* 7, 15. 16.

c. Postquam vnum Futurum praecessit, Futura alia, quae in eodem sermonis tenore subsequuntur, per mera Praeterita, per ו copulata, efferri possunt, et solent; vt *rex* יִהְיֶה *erit super nos;* וְהָיינוּ *et erimus etiam nos sicut omnes gentes;* וְשָׁפָטָנוּ *et iudicabit nos rex noster;* וְיָצָא *et exibit ante nos,* וְנִלְחַם *et pugnabit pugnas nostras;* 1. *Sam.* 8, 19. 20. Eadem construendi ratio vsitata est, quando imperatiuus praecessit; vt קְחוּ וַעֲשׂוּ *sumite et parate currum nouum,* — וְאַסַרְתֶּם *et ligate vaccas ad currum,* וְהָשֵׁבְתֶּם *et reducite vitulos earum,* — וְלִקַּחְתֶּם *et sumite arcam Iehe-*

*Iehovae*, וּנְתַתֶּם *et ponite eam in currum*, — וְשִׁלַּחְתֶּם *et dimittite eum*, 1. *Sam.* 6, 7. 8.

d. Imperatiuus quia ſemper futurum tempus includit, Futurum, quod cum eo connectitur, etiam ipſum exprimi per Praeteritum poteſt; vt עֲבֹר אִתִּי וְכִלְכַּלְתִּי אֹתְךָ *proficiſcere mecum, et ſuſtentabo te*, 2. *Sam.* 19, 34.

e. Loco Futuri, quod, praemiſſa ו Copulatiua, finem indicet, interdum adhibetur Praeteritum, ſi Futurum, vel Imperatiuus, praeceſſerit; vt *non* יָשׁוּב *reuertetur amplius*, וְרָאָה *vt videat terram natiuitatis ſuae*, *Ier.* 22, 10. סוּרוּ *deflectite, quaeſo, ad domum ſerui veſtri*, — וְהִשְׁכַּמְתֶּם וַהֲלַכְתֶּם *vt mane ſurgatis, et abeatis*, *Gen.* 19, 2.

f. Futuro ſi reſpondeat in apodoſi ad praecedentem conditionem aliud Futurum, hoc per Praeteritum, praemiſſam ו habens, efferri poteſt; vt *ſi non* תִּשְׁמְעוּ *auſcultabitis nobis*, — וְלָקַחְנוּ *tum ſumemus filiam noſtram*, וְהָלַכְנוּ *et diſcedemus*, *Gen.* 34, 17.

g. Saepe fit, vt Futurum, quocum Praeteritum Futuri ſignificationem induens copulatur, vel per ellipſin ſuppreſſum ſit, vel in praecedente Infinitiuo, aut Participio, implicite contineatur; vt עוֹד מְעַט וּסְקָלֻנִי *adhuc parum*, ſcil. addent, *et lapidabunt me*, *Exod.* 17, 4. בְּלֶכְתְּךָ *in diſcedere tui*, i. e. quando diſcedes, וּמָצָאתָ *tum inuenies*, 1. *Sam.* 10, 2. הִנֵּה יָמִים בָּאִים *ecce dies venientes*, i. e. venturi ſunt, וְגָדַעְתִּי *et ſuccidam*, 1. *Sam.* 2, 31. הַיּוֹצֵא וְנָפַל *egrediens*, i. e. qui egredietur, *et* qui *transfugiet*, *Ier.* 21, 9.

h. Quodsi particula וְ non immediate ipsi Verbo praefigatur, plerumque, praesertim in stilo simplici et historico, ipsum Futurum, non eius loco Praeteritum, vsurpatur; vt אִם תִּהְיוּ *si eritis sicut nos*, — וְנִתְּנוּ *tum dabimus filias nostras vobis, et filias vestras* נִקַּח *sumemus nobis*, וְיָשַׁבְנוּ *et habitabimus apud vos*, Gen. 34, 15. 16.

In stilo tamen sublimiore, quo Prophetae et Poëtae sacri vtuntur, Futuri significationem non raro induit Praeteritum alii Futuro, sine praefixa וְ, subiunctum; vt *in sex angustiis* יַצִּילֶךָּ *eripiet te, et in septem* לֹא יִגַּע *non feriet te malum; in fame* פָּדְךָ *redimet te a morte*, Iob. 5, 19. 20. Conf. Iob. 19, 27. Ies. 8, 8. 18, 5. Ps. 23, 5. etc.

R. 48. Futurum non tantum nostro Futuro respondet, sed et alios quosdam vsus habet, qui futurum tempus quodammodo includunt.

a. Multis in Verbis, et phrasibus, ea latitudine sumitur, vt nostrum quoque Praesens complectatur; vt לֹא יוּכַל *non potest*, Ier. 14, 9. לֹא אֵדַע *non scio*, 1. Reg. 3, 7. מַה־תְּבַקֵּשׁ *quid quaeris?* Gen. 37, 15. לָמָּה תַעֲשֶׂה כֹּה *quare facis ita?* Exod. 5, 15. מֵאַיִן תָּבֹא *vnde venis?* Iob. 1, 7.

b. Frequenter admodum vsurpatur ἀοριστως, de eo, quod fieri solet; vt *filius sapiens* יְשַׂמַּח *exhilarat patrem*, Prou. 15, 20. מִדֵּי אֲדַבֵּר אֶזְעָק *quoties loquor, conqueror*, Ier. 20, 8.

Talem vsum ἀόριστον cum et Praeteritum habeat, ab eo saepe ad Futurum transit stilus elegantior; vt עֲנַקְתָּמוֹ

עֲנָקָתָמוֹ *cingit eos*, vt torques, *superbia*; יַעֲטֹף *amicitur ornatus crudelitatis ipsis*, *Pſ.* 73, 6.

c. Adhibetur etiam de eo, quod fieri vel poteſt, vel debet, atque par eſt, vt fiat; vt מִי יֹאמַר *quis dicet?* i. e. dicere poteſt, *Prov.* 20, 9. *res interdictae Dei*, *quae non* תֵּעָשֶׂינָה *patrabuntur*, i. e. patrari debent, *Lev.* 4, 2. אִם תֹּאכַלְנָה *num comedent feminae foetum ſuum?* i. e. par eſt, vt comedant, *Thren.* 2, 20.

d. Interdum permiſſionem aliquid agendi includit; vt אִמָּלְטָה *euadam*, i. e. liceat mihi euadere, *Gen.* 19, 20. יֻקַּח *capietur*, *quaeſo*, *parum aquae*, i. e. liceat capi, *Gen.* 18, 4.

e. Pro Imperatiuo ſemper Futurum vſurpari in *interdicto*, *dehortatione*, et *deprecatione*, ſupra obſeruatum eſt, *R.* 58. vt לֹא תִרְצַח *non occidito*, *Exod.* 20, 13. אַל תֶּחֱטָאוּ *ne peccate*, *Pſ.* 4, 5. אַל תַּשְׁלִיכֵנִי *ne abiicias me*, *Pſ.* 51, 13.

Idem ſaepe fit in praecepto, hortatione, et precatione; vt *Iehouam Deum tuum* תִּירָא *timeto*, *et ipſum* תַּעֲבֹד *colito*, *et per nomen ipſius* תִּשָּׁבֵעַ *iurato*, *Deut.* 6, 13. *quicquid praecepi illi*, תִּשְׁמֹר *obſerues*, *Iud.* 13, 14. חַלְּצֵנִי *libera me ab homine malo; a viro iniuriarum* תִּנְצְרֵנִי *cuſtodias me*, *Pſ.* 120, 2.

Pro tertia Imperatiui perſona, qua Hebraei carent, ſemper Futurum adhibetur; vt *percutiens patrem*, *aut matrem* מוֹת יוּמָת *morte plectitor*, *Exod.* 21, 15.

R. 49. Praeter varios hosce vſus, Futurum habet adhuc alium plane ſingularem, et Hebraeis

peculiarem, quod illud vim accipit noſtri Praeteriti, et rem reuera praeteritam deſignat, non tamen per ſe, et abſolute, ſed in relatione ad praecedens aliquod Praeteritum, ſpectatam. Quando enim diuerſae res factae, quae continua quadam ſerie aliae alias exceperunt, narrandae ſunt, Hebraei primam quidem per Praeteritum, alias autem ſubſequentes, quas, ratione praecedentis, tanquam futuras conſiderant, per Futurum exprimunt. Hoc itaque, quia id, quod in relatione ad aliam rem praeteritam poſterius et futurum fuit, notat, *Futurum relatiuum* dici poteſt.

a. Plerumque Futurum, hoc vſu relatiuo vim Praeteriti habens, ſibi praemittit ו *Conuerſiuam Futuri*, qua illud cum praecedente Praeterito copuletur, vti dictum eſt ſupra, (*R.* 159.) vt שִׁוַּעְתִּי אֵלֶיךָ וַתִּרְפָּאֵנִי *clamaui ad te, et ſanaſti me*, (q. d. quando clamaui, futurum fuit, vt me ſanares) *Pſ.* 30, 3.

Talis conſtruendi ratio maxime vſitata eſt in hiſtorica narratione, vbi Futura, per continuam ſeriem contexta, et per illam ו, dictam Conuerſiuam, tam cum praemiſſo Praeterito, quam inter ſe, copulata, res factas eo ordine, quo aliae alias ſubſecutae ſunt, enarrant; vt *Benhadad* — וַיַּקְבֵּץ *contraxit omnes copias ſuas*, וַיַּעַל וַיָּצַר עַל שֹׁמְרוֹן וַיִּלָּחֶם בָּהּ *et profectus eſt, et obſedit Samariam, et oppugnauit eam*, etc. 1. *Reg.* 20, 1.

α. Interdum non tam id, quod tempore, quam potius quod natura ſua, poſterius fuit, atque in re quadam praecedente rationem ſuam habuit, per Futurum hoc

hoc relatiuum significatur; vt *filius* וָהָיִיתִי *fui patri meo* — וַיִּרֵנִי *atque* ideo *erudiuit me*, *Prou.* 4, 3. 4.

β. In historica narratione saepe redundat וַיְהִי *et factum est*, praesertim vbi ad nouum argumentum, vel ad rem singulari attentione dignam, transitur; vt וַיְהִי — וַיָּשׁוּבוּ *et factum est*, *et reuersi sunt*, i. e. accidit, vt reuerterentur, *Iud.* 8, 33. Simili ratione passim redundat וְהָיָה valens *et fiet*; (*Synt. R.* 47.)

γ. Praeteritum, ad quod Futurum se refert, interdum per ellipsin suppressum est; vt מָה אָדָם וַתֵּדָעֵהוּ *quid homo*, scil. fuit, *et* tamen *cognouisti eum?* i. e. quod cognoueris eum, *Ps.* 144, 3.

Interdum illud in Infinitiuo, vel Participio, continetur; vt בְּבוֹא דוֹאֵג *in venire Doëgi*, i. e. *quando venit Doëgus*, וַיַּגֶּד *et indicauit*, *Ps.* 52, 2. *Philisthaei* נִלְחָמִים *pugnantes* fuerunt *cum Israëlitis*, וַיָּנֻסוּ *et fugerunt Israëlitae*, 1. *Sam.* 31, 1.

δ. Quodsi Praeteritum vertendum sit per nostrum imperfectum, aut plusquam perfectum, Futurum, eadem serie subnexum, illius indolem sequitur; vt אָז עֹלֶה *tunc ascendebat Horam*, וַיַּכֵּהוּ *et caedebat eum Iosua*, *Ios.* 10, 33. *Israëlitae* עָשׂוּ *fecerant secundum mandatum Mosis*, וַיִּשְׁאֲלוּ *et rogauerant*, *Exod.* 12, 35.

ε. Quodsi Verbum non ponatur initio sententiae, adeoque illam וְ non habeat immediate sibi praefixam, stilus historicus a Futuro ad Praeteritum redire solet; vt וַיְשַׁלַּח *et* dein *emisit columbam*, — וְלֹא מָצְאָה

*et ea non inuenit locum quiescendi*, וַתָּשָׁב *et reuersa est*, *Gen.* 8, 9. Idem interdum et alibi fit, sine necessitate; vt וַיִּרְאוּ *et viderunt*, — וַיֹּאמְרוּ *et dixerunt*, (pro וַיֹּאמְרוּ) 1. *Sam.* 5, 7.

ζ. Futurum hoc relatiuum, si per eandem illam ו, quae *Conuersiua* vulgo dicitur, non cum Praeterito, sed cum Futuro, aut Participio, tempus praesens exprimente, connectatur, non habet vim Praeteriti, sed id quod vel tempore, vel rei natura, consequens est praecedentis, designat; vt אֶחְמָה וְיִשְׁמַע קוֹלִי *feruide precabor, atque* ideo *exaudiet vocem meam*, *Ps.* 55, 18. *Iehoua* מוֹרִיד שְׁאוֹל וַיַּעַל *demittit ad orcum, et* dein *educit*, 1. *Sam.* 2, 6. *ecce rex* בֹּכֶה וְיִתְאַבֵּל *plorans* est, *et luctu se reddit marcidum*, 2. *Sam.* 19, 2.

b. Interdum Futurum, isto vsu relatiuo, de re praeterita adhibetur, quando ו, dictam *Conuersiuam*, praefixam non habet, sed vel nude, vel per solam ו *Copulatiuam*, praecedenti Praeterito subnectitur; vt הָפַךְ *vertit mare in aridam; per fluuium* יַעַבְרוּ *transiuerunt pede; ibi* נִשְׂמְחָה *laetati sumus in ipso;* (q. d. tum futurum fuit vt transirent, vt laetaremur) *Ps.* 66, 6. *patres* אָכְלוּ *comederunt labrusca, et dentes filiorum* תִּקְהֶיְנָה *hebetati sunt*, *Ier.* 31, 29. אָז יִבְנֶה *tunc* (scil. factis iis, quae antea narrata sunt) *aedificabat Iosua altare*, *Ios.* 8, 30. *torcular* דָּרַכְתִּי *calcaui solus;* — וְאֶדְרְכֵם *et calcaui eos in ira mea;* וְאֶרְמֵסֵם *et contriui eos in aestu meo;* וַיִּזַּ *et sparsus est cruor eorum super vestes meas; Ies.* 63, 3.

a. Vt

α. Vt ſuperius, ita et hic, obſeruandum eſt, Praeteritum, ad quod Futurum ſe referat, nonnunquam omitti; vt *temporibus illis nullus rex in Iſrael* ſcil. erat; *quisque rectum in oculis ſuis* יַעֲשֶׂה *faciebat; Iud.* 21, 25. vel illud in Infinitiuo, aut Participio, vim Praeteriti habente, latere. Exempla vide *Gen.* 2, 4. 5. et 10.

β. Frequens, hoc vſu relatiuo, Futurum eſt, vbi conſuetudo aliqua agendi narratur; vt *pauperi nihil* fuit, *niſi agna parua; — de cibo ipſius* תֹּאכַל *ea comedit, et ex calice ipſius* תִּשְׁתֶּה *bibit, et in ſinu ipſius* תִּשְׁכַּב *cubauit;* וַתְּהִי *atque* ideo *fuit ipſi inſtar filiae;* 2. *Sam.* 12, 5.

γ. In ſtilo ſublimiore interdum ad Futura relatiua, in eadem ſermonis ſerie poſita, ו illa, dicta Conuerſiua, modo additur, modo omittitur; vt וַיְקַנְאוּ *et* dein *inuidia accendebantur in Moſen;* — תִּפְתַּח *aperiebatur terra,* וַתִּבְלַע *et abſorbebat Dathanem,* וַתְּכַס *et operiebat coetum Abirami; et* וַתִּבְעַר *et incendebatur ignis in coetum eorum, flamma* תְּלַהֵט *adurebat improbos:* יַעֲשׂוּ *faciebant vitulum ad Chorebum,* וַיִּשְׁתַּחֲווּ *et adorabant fuſam imaginem; Pſ.* 106, 16-19. Conf. *Pſ.* 44, 3. 10. 69, 22. 78, 20. 58. etc.

R. 50. Modi, quos vocamus, Indicatiuus et Subiunctiuus, cum non differant diuerſis flexionibus, per ſolam conſtructionem dignoſcuntur. Vtrumque Tempus, Praeteritum et Futurum, in loquutionibus directis et abſolutis noſtro Indicatiuo; in indirectis autem, atque iis, quae ſub quadam con-

conditione efferuntur, aut alicui praecedenti ita connexae et subiunctae sunt, vt certo modo inde pendeant, Subiunctiuo respondet. In his, Praeteritum quibuscunque nostri Subiunctiui Praeteritis, etiam eo, quod Praeteritum Futurum dicitur, atque Futurum non tantum huius Modi Futuro, sed et Praesenti, atque Imperfecto, exponi potest.

a. Plerumque Subiunctiuum nostrum designant particulae quaedam Verbo praemissae; quales sunt, אִם, לוּ, אִלּוּ, *si*; לוּלֵי *nisi*; כִּי *quum*, *quod*; אֲשֶׁר *quod*; גַּם כִּי *etiamsi*; כַּאֲשֶׁר *quasi*, *ac si*; לְמַעַן, vel לְמַעַן אֲשֶׁר, *vt*; עַד, vel עַד אֲשֶׁר, *donec*; פֶּן *ne*, *vt non*; et aliae similes; vt לוּ הַחֲיִתֶם אוֹתָם *si viuos seruassetis illos*, לֹא חָרַגְתִּי אֶתְכֶם *non occiderem vos*, *Iud.* 8, 19. אִם לֹא הֲבִיאֹתִיו *si non adduxero eum ad te*, — וְחָטָאתִי *tum reus fuero*, *Gen.* 43, 9. אִם לֹא לָקַחְתִּי בְחָזְקָה *si non*, scil. dederis, *abstulero vi*, 1. *Sam.* 2, 16. כִּי חַרְבְּךָ הֵנַפְתָּ עָלֶיהָ וַתְּחַלֵּלֶהָ *quum ferramentum tuum agitaueris super illo*, *tum profanaueris illud*, *Exod.* 20, 22. אִם אֶמְצָא *si inuenero*, *Gen.* 18, 26. לְמַעַן תִּחְיוּ *vt viuatis*, *Deut.* 4, 1. גַּם כִּי אֵלֵךְ בְּגֵיא צַלְמָוֶת לֹא אִירָא *etiamsi ambularem in valle caliginis*, *non timerem*, *Pſ.* 23, 4. etc.

α. Aliquae istarum particularum, praesertim conditionales, interdum omittuntur; vt וְרָפְקוּם *si impellerent ea*, — וָמֵתוּ *tum moreretur totus grex*, *Gen.* 33, 13. אֲסַפְּרֵם *si numerarem ea*, *Pſ.* 139, 18. הֲבִאֹתָ *quum adduxeris*, *Thren.* 1, 21.

Haud infrequens etiam ellipsis est particulae finem indicantis; vt *benefac seruo tuo*, אֲחְיֶה vt *viuam*, *Pſ.* 119, 17.

119, 17. *iubeat dominus noſter*, יְבַקְּשׁוּ vt *quaerant*, 1. *Sam.* 16, 16.

β. Nonnunquam omiſſa conditio, a qua pendet dictum aliquod, ex contextu ſermonis ſuppleri debet; vt *tunc*, ſcil. ſi quinque aut ſex vicibus percuſſiſſes terram, תַּכִּיתָ *percuſſiſſes Syros ad internecionem*, 2. *Reg.* 13, 19. *nam nunc*, ſcil. ſi mandata diuina obſeruaſſes, הֵכִין *ſtabiliret Iehoua regnum tuum*, 1. *Sam.* 13, 13. כִּמְעַט שָׁכַב *fere concubuiſſet aliquis — cum tua vxore*, ſcil. niſi moniti eſſemus, *Gen.* 26, 10.

γ. Quaedam illarum particularum etiam cum Infinitiuo conſtruuntur, qui per noſtrum Subiunctiuum reſolui poteſt, vt עַד שׁוּב הָרֹדְפִים *vsque ad reuerti perſequentium*, i. e. donec reuertantur perſequentes. *Ioſ.* 2, 16. לְמַעַן רְבוֹת מוֹפְתָי *propter multiplicari prodigiorum meorum*, i. e. vt multiplicentur prodigia mea; *Exod.* 11, 9.

b. Sine eiusmodi particulis, noſtro Subiunctiuo reddendum quoque Verbum eſt alii Verbo per ו copulatiuam ita ſubnexum, vt finem, effectum, vel aliud quoddam conſequens, notet; vt *praecipe Sacerdotibus*, — וְיַעֲלוּ *vt adſcendant*, *Ioſ.* 4, 16. *non indicaſti mihi* te profecturum eſſe, וְאֲשַׁלְּחֶךָּ *vt dimitterem te*, *Gen.* 31, 27. *quis* eſt *Dauid*, — וְלָקַחְתִּי *vt ſumerem?* — 1. *Sam.* 25, 10. 11. *cuius ex manu accepi munus*, וְאֶעְלִים *vt clauderem oculos meos eo?* 1. *Sam.* 12, 3. *non homo* eſt *Deus*, וְיִכְזָב *vt mentiatur*, *Num.* 23, 19.

Interdum prius membrum, ex quo poſterius pendet, omittitur; vt *an, ſicut moritur ſceleratus*, יָמוּת *moreretur*

*retur Abner?* i. e. an iuſtum fuit, vt moreretur? 2. *Sam.* 3, 33. *patri et matri non indicaui*, וְלָךְ אַגִּיד *et tibi indicarem?* i. e. an aequum fuit, vt tibi indicarem? *Iud.* 14, 16.

c. Noſtro Subiunctiuo exponendum quoque Verbum eſt, quod pronomini relatiuo ita ſubiungitur, vt rem notet incertam, vel ex conditione tacita pendentem; nec non quod ſubiungitur pronomini interrogatiuo, in interrogatione obliqua poſito; vt *commodaui eum Iehouae omnibus diebus*, אֲשֶׁר תִּהְיֶה *quibus fuerit*, 1. *Sam.* 1, 28. *comedes carnem*, — אֲשֶׁר נָתַן לְךָ *quam dederit tibi*, *Deut.* 12. 5. *forte indicabit nobis viam noſtram*, אֲשֶׁר הָלַכְנוּ עָלֶיהָ *ſuper qua ambulauerimus*, 1. *Sam.* 9, 6. *non ſignificaſti ſeruis tuis*, מִי יֵשֵׁב *quis ſeſſurus ſit*, 1. *Reg.* 1, 27. *vsque dum videret*, מַה־יִּהְיֶה *quid fieret*, *Ion.* 4, 5.

R. 51. Optatiuum Modum Hebraei exprimunt,

a. particula לוּ *ſi, vtinam*, Praeterito aut Futuro praemiſſa; vt לוּ מַתְנוּ *vtinam mortui eſſemus*, *Num.* 14, 2. לוּ יְהִי *vtinam fiat*, *Gen.* 30, 34.

b. per interrogationem, quae votum includat; vt מִי יְשִׂמַנִי שֹׁפֵט *quis conſtituet me iudicem?* i. e. vtinam conſtituerer iudex! 2. *Sam.* 15, 4.

c. adhibita formula מִי יִתֵּן *quis dabit?* quae vel Infinitiuo, vel Futuro praeponitur; vt מִי יִתֵּן אֱלוֹהַּ דַּבֵּר וְיִפְתַּח שְׂפָתָיו עִמָּךְ *quis dabit, Deum loqui, et* vt *aperiret labia ſua contra te?* i. e. vtinam loqueretur, et aperiret, *Iob.* 11, 5.

d. per

d. per Futurum absolute positum; vt וִיבָרֶכְךָ יְהוָה *benedicat tibi Iehoua*, *Ps.* 128, 5. כֵּן יַעֲשֶׂה *sic faciat*, *Ier.* 28, 6. יֵרֵד *dominetur*, *Ps.* 72, 8. יָחִישָׁה *acceleret*, *Ies.* 5, 19.

e. per Imperatiuum; vt הֱיִי *esto in millena myriadum! Gen.* 24, 60.

R. 52. a. Imperatiuo, qui officium iniungit, saepe subnectitur alius Imperatiuus, officii praestiti fructum promittens, et quasi cum imperio addicens; vt רַחַץ וּטְהַר *laua te, et mundus esto*, i. e. certissime mundus fies, 2. *Reg.* 5, 13. דִּרְשׁוּנִי וְחְיוּ *quaerite me, et viuite*, *Amos.* 5, 4. שֻׁבוּ *reuertimini quisque a via sua mala;* וְשֻׁבוּ *et habitate in hac terra*, *Ier.* 35, 15.

b. Imperatiuus interdum non adeo imperandi, quam concedendi et permittendi, vim habet; vt עֲשׂוּ לִי *facite mihi, vt vobis placet*, i. e. permitto, vt mihi faciatis, *Ier.* 26, 14. אֱמָר־לוֹ *dic ei*, i. e. permitto, vt dicas, 2. *Reg.* 8, 10.

Hinc fit, vt ille nonnunquam conditionem exprimat, alii Imperatiuo praemissam; vt שְׂמַח *laetare, iuuenis*, — וְדַע *et scito*, i. e. si laeteris, tum scias, *Eccles.* 11, 9. רִגְזוּ וְאַל־תֶּחֱטָאוּ *irascimini, sed ne peccate*, i. e. si irascimini, ne peccetis, *Ps.* 4, 5.

R. 53. Infinitiuus, etsi per se ad nullum tempus restrictus, potest tamen ad certum tempus restringi,

a. per Verbum finitum, quod praecedit, aut sequitur; vt מֵתוּ *mortui sunt*, — בְּצֵאתָם *in egre-*

*di*

*di mei*, i. e. quando egrediar, — אֶפְרֹשׂ *expandam manus meas*, *Exod.* 9, 29.

b. per praemissas particulas; vt לְמַעַן תִּתּוֹ *propter tradere eum*, i. e. vt eum traderet, *Deut.* 2, 30. עַד בַּלּוֹתִי *usque ad consumere mei*, i. e. donec consumsero, *Ier.* 49, 37.

c. per ipsum sermonis argumentum; vt בְּיוֹם עֲשׂוֹת יְהוָה *in tempore facere Iehouae terram et coelum*, i. e. quando fecit Iehoua, *Gen.* 2, 4. בְּמוֹתִי וּקְבַרְתֶּם אֹתִי *in mori mei, tum sepelietis me*, i. e. quando moriar, 1. *Reg.* 13, 31.

R. 54. Infinitiuus interdum loco Verbi finiti vsurpatur, praesertim in stilo graui, assueratione fortiore, dictis sententiosis, et iis, quae aliquid miri atque inexspectati significant, aut cum singulari animi affectione proferuntur. Ita venit,

a. pro Praeterito; vt *o quam magnificum est nomen tuum!* אֲשֶׁר תְּנָה הוֹדְךָ *qui ponere gloriam tuam supra coelos!* pro *posuisti*, *Ps.* 8, 2. הַחַיּוֹת רָצוֹא וָשׁוֹב *illa animalia currere et redire, ad instar fulguris*, pro *cucurrerunt et redierunt*, *Ezech.* 1, 14. קַוֵּה לְשָׁלוֹם *exspectare pacem! sed nihil est boni!* pro *exspectauimus*, *Ier.* 14, 19.

b. pro futuro; vt הָפוֹךְ רְשָׁעִים *euerti improbi*, pro *euertentur*, vt sequitur, *sed domus iustorum* יַעֲמֹד *perstabit*, *Prou.* 12, 7. *per Dauidem seruum meum* הוֹשִׁיעַ *seruare populum meum*, pro *seruabo*, 2. *Sam.* 3, 18. הֲגָנֹב רָצֹחַ וְנָאוֹף וְהִשָּׁבֵעַ לַשֶּׁקֶר *num furari? latrocinari? et moechari? et peierare?* pro *num furabimini? latrocinabimini?* etc. vt sequitur,

tur, *et tamen venietis et ſtabitis coram me? Ier.* 7, 9. שָׁפוֹךְ *effundere*, pro *effundam*, ſ. oportet me effundere, *Ier.* 6, 11. גל *voluere*, pro *voluat*, ſ. oportet eum voluere, *Pſ.* 22, 9.

Quodnam ad Tempus, Numerum, et Perſonam, talis Infinitiuus, abſolute poſitus, referri debeat, ex ſolo ſermonis argumento atque contextu cognoſci poteſt.

Quodſi autem Verbum finitum proxime praecedat, Infinitiuus, pro Praeterito aut Futuro vſurpatus, ad illud, ratione Temporis, Numeri, et Perſonae, ſe accommodat, ita tamen, vt abruptius, quod efficit, loquendi genus ſemper grauiorem quandam vim et emphaſin adferat; vt *cerua in agro* וְלָדָה וְעָזֹב *peperit* foetum, *et relinquere*, pro *reliquit*, *Ier.* 14, 5. כִּי צַמְתֶּם וְסָפוֹד *quando ieiunaſtis, et plangere*, pro *planxiſtis*, *Zach.* 7, 5. שַׁבְתִּי אֲנִי וָאֶרְאֶה *redii ego et vidi*, — וְשַׁבֵּחַ אֲנִי *et laudare ego*, pro *laudaui*, *Eccleſ.* 4, 1. 2. הֲהָמוֹן נָמוֹג וְיֵלֵךְ וְהָלֹם *turba fluctuando iactata fuit, et iuit, et collidi*, pro *colliſa fuit*, 1. *Sam.* 14, 16. *tempore illo* אָבִיא *adducam vos, et eo tempore* קַבְּצִי *colligere me vos*, pro *colligam vos*, *Zeph.* 3, 20. וְסָפְדוּ *et plangent ſuper eo*, — וְהָמֵר *et amare lugere ſuper eo*, pro *lugebunt*, *Zach.* 12, 10.

c. pro Imperatiuo, quem, ſua origine, ab Infinitiuo non eſſe diuerſum, ſupra obſeruauimus, *R.* 66. vt הָלוֹךְ *ire*, pro *ito*, *Ier.* 2, 2. שָׁמוֹר *obſeruare*, pro *obſeruato*, *Deut.* 5, 12. חָרְדוּ שַׁאֲנַנּוֹת רָגְזָה בִּטְחוֹת פְּשֹׁטָה וְעָרָה וַחֲגֹרָה עַל חֲלָצוֹם *trepidate, tranquillae! contremiſcere, ſecurae! ſpoliare* corpus, *et nudare, et accingere* ſaccum *ſuper lumbos!* pro *contremiſcite, ſpoliate*, etc. *Ieſ.* 32, 11.

R. 55. a. Participia, cum proprie sint adiectiua verbalia, nullis diuersorum temporum formis distincta, omnium temporum esse possunt; vt עֹשֶׂה *faciens*, de *eo qui fecit*, *Ps.* 106, 21. הַמֹּלֵךְ *regnans*, de *eo qui regnauit*, *Ier.* 22, 11. הַשָּׁבִים *reuertentes*, de *iis qui reuersi sunt*, *Esr.* 6, 21. מֵת *moriens*, de *morituro*, *Ier.* 28, 16. לְקַחֵי בְנֹתָיו *ducturi filias eius*, *Gen.* 19, 14. נוֹרָא *formidandus*, s. *formidabilis*, *Ps.* 76, 8. עַם נוֹלָד *populus nascendus*, *Ps.* 22, 32. חַיַּת הַנֶּאֱכֶלֶת *bestia comedenda*, *Leu.* 11, 47.

b. Participia, quando constituunt praedicatum, cum Praeterito aut Futuro Verbi substantiui constructa, periphrasin faciunt Verbi finiti, quae potissimum de re vel actione continua vsurpatur; vt מַמְרִים הֱיִיתֶם *rebellantes fuistis*, *Deut* 31, 27. עַזָּה עֲזוּבָה תִּהְיֶה *Gaza relicta erit*, *Zeph.* 2, 4. יְהִי מַבְדִּיל *sit diuidens*, *Gen.* 1, 6.

c. Tempus nostrum Praesens cum Hebraei in Verbo finito non habeant, pro eo Participium vsurpare amant; vbi perpetua est Verbi substantiui ellipsis; vt *filii* מְלַקְּטִים *colligentes* sunt *ligna*; *et patres* מְבַעֲרִים *succendentes* sunt *ignem*, *et feminae* לָשׁוֹת *depsentes* sunt *massam*, i. e. colligunt, succendunt, depsunt, *Ier.* 7, 18.

α. Praesens Tempus in Participiis adhibetur quoque de eo, quod mox futurum est; vt הִנֵּה אָנֹכִי הוֹלֵךְ הַיּוֹם *ecce ego* sum *abiens nunc*, i. e. abiturus breui, *Ios.* 23, 14.

β. Vocula יֵשׁ, quae proprie est Nomen, significans *soliditatem*, *existentiam solidam et durabilem*, interdum

terdum tenet locum Verbi ſubſtantiui; vt אִם יֶשְׁךָ מוֹשִׁיעַ *ſi es tu ſeruans*, *Iud.* 6, 36. Ita et אַיִן *vacuitas*, pro *non eſt*; vt אִם אֵינְךָ מְשַׁלֵּחַ *ſi non es tu dimittens*, *Exod.* 8, 17.

R. 56. Verbum, quod Nominatiuo additur, ordinaria conſtructione cum eo conuenit tam genere quam numero. Generis tamen conuenientia non eſt perpetua. Cum nomine enim feminino interdum conſtruitur Verbum maſculinum, per archaïsmum, vt videtur; cum veriſimile ſit, omnes Verborum perſonas olim communes fuiſſe, et hinc factum eſſe, vt generis diſcrimen, poſtquam conſtitutum fuit, nonnunquam negligeretur. Id accidit,

a. in tertia ſingulari Praeteriti; vt *Maacha* יָלְדָה *peperit Scheberum*, 1. *Chron.* 2, 48. חָזַק הַמִּלְחָמָה *inualuit bellum*, 2. *Reg.* 3, 26. הֵבִיא שִׁפְחָתֶךָ *attulit ancilla tua*, 1 *Sam.* 25, 27.

b. in ſecunda plurali Praeteriti; vt עֲשִׂיתֶם *feciſtis*, ſcil. vos, feminae, *Ruth.* 1, 8. יְדַעְתֶּם *ſciuiſtis*, fem. *Ezech.* 23, 49.

c. in tertia tam ſingulari quam plurali Futuri; vt דַּעַת יִנָּעֵם *cognitio ſuauis erit*, *Prou.* 2, 10. כִּי יִהְיֶה נַעֲרָה בְתוּלָה *quando erit puella virgo*, *Deut.* 22, 23. וְיֵעָשֶׂה מְלָאכָה *fiet opus*, *Exod.* 31, 15. *Leu.* 11, 32. מַה־יִּהְיוּ חֲלֹמֹתָיו *quid futura ſint ſomnia eius*, *Gen.* 37, 20. חָרִיּוֹתָיו יִבָּקֵעוּ *grauidae eius effindentur*, *Hoſ.* 14, 1. *viderunt eam filiae*, וַיְאַשְּׁרוּהָ *et beatam praedicarunt eam*, *reginae et pellices* viderunt eam, וַיְהַלְלוּהָ *et laudibus celebrarunt eam*, *Cant.* 6, 9.

d. in secunda singulari et plurali Futuri; vt וַתַּעֲשִׂי הָרָעוֹת וַתּוּכְלִי *et fecisti illa mala, et perfecisti*, pro וַתּוּכָלִי, *Ier.* 3, 5. וַתַּקְרִיבִי יָמַיִךְ וַתָּבוֹאִי עַד שְׁנוֹתַיִךְ *et appropinquare fecisti dies tuos, et peruenisti ad annos tuos*, pro וַתָּבוֹאִי, *Ezech.* 22, 4. אִם־תָּעִירוּ וְאִם־תְּעוֹרְרוּ *si excitetis, et si expergefaciatis*, pro תָּעִירָנָה et תְּעוֹרְרָנָה *Cant.* 2, 7.

R. 57. Non alienum est a more loquendi Hebraeorum, vt Verba eiusdem personae, generis, et numeri, vnam in seriem connectant, quae tamen referenda sint ad diuersa subiecta; vt וַיִּקְרָא לוֹ דָוִד וַיֹּאכַל לְפָנָיו וַיִּשְׁתְּ וַיְשַׁכְּרֵהוּ וַיֵּצֵא בָּעֶרֶב *et inuitabat eum* (Vriam) *David, et comedebat*, scil. Vria, *coram ipso, atque bibebat, et inebriabat*, scil. Dauid, *eum, et exibat*, scil. Vria, *vespere*, 2. *Sam.* 11, 13.

Praesertim hoc faciunt in Verbo וַיֹּאמֶר *et dixit*, quod saepius, omisso nominatiuo, repetunt, vbi alternantia colloquentium dicta enarrant.

R. 58. Nominatiuus, ad quem Verbum se refert, interdum omittitur, quando vel ex sensu sermonis, vel ex vulgari alicuius phraseos vsu, facile suppleri potest; vt *quare* יִתֵּן *dat aerumnoso lucem?* scil. Deus, *Iob.* 3, 20. שָׁאַל *postulauit*, scil. populus, *Ps.* 105, 40. *an nato centum annos* יִוָּלֵד *nascetur?* scil. proles, *Gen.* 17, 17. וַתֶּחֱם עָלַיִךְ *et coarctatus est erga te*, scil. עֵינִי *oculus meus*, i. e. peperci tibi, 1. *Sam.* 24, 11. vt plena phrasis reperitur *Ezech.* 20, 17. et alibi.

Frequens praesertim ellipsis est nominum אִישׁ *vir*, pro *aliquis*, et דָּבָר *res*, pro *aliquid*; vt לֹא נִשְׁאַר בָּהֶם *non superstes fuit inter eos*, scil. aliquis, *Exod.*

*Exod.* 14, 28. לֹא נָפַל *non cadet*, scil. aliquid, *de sermone Iehouae in terram*, 2. *Reg.* 10, 10.

R. 59. Non infrequens ellipsis est Verbi cum nominatiuo construendi, praesertim in stilo sententioso, vel vbi grauior quaedam animi adfectio subest, vel denique vbi ex ipso sensu facile suppleri potest; vt קוֹל שָׁאוֹן מֵעִיר *vox fragoris ex vrbe*, scil. audita est, *Ies.* 66, 6. כִּי רָעָתְכִי *quando calamitas tua*, scil. aduenerit, *Ier.* 11, 15. אִישׁ אֶל־ עִירוֹ *quisque ad vrbem suam*, scil. abeat, 1. *Reg.* 22. 36. לַמּוֹעֵד אֲשֶׁר שְׁמוּאֵל *ad tempus constitutum*, *quod Samuel*, scil. constituit, 1. *Sam.* 13, 8.

R. 60. Verba tertiae personae masculina, tam singularia quam pluraria, per ellipsin nominis אִישׁ *vir*, i. e. aliquis, quicunque, aut אֲנָשִׁים *viri*, *homines*, vsum accipiunt impersonalem, quo saepe per nostrum passiuum resolui possunt; vt וַיֹּאמֶר לְיוֹסֵף *et dixit Iosepho*, scil. aliquis, i. e. dictum ei fuit, *Gen.* 48, 1 *propterea* קָרָא *vocauit*, scil. quilibet homo, *nomen eius Edom*, i. e. nomen eius vocatum est, *Gen.* 25, 30. *homini* לֹא מָצָא *non inuenit* quisquam *auxilium*, i. e. non inuentum est auxilium, *Gen.* 2, 20. כַּאֲשֶׁר יִשְׁאַל בִּדְבַר הָאֱלֹהִים *ac si consuleret* aliquis *oraculum Dei*, i. e. consuleretur oraculum, 2. *Sam.* 16, 23. וַיַּגִּדוּ *et indicarunt* quidam homines *Saulo*, 1. *Sam.* 19, 21. יוֹסִיפוּ *addent tibi annos vitae*, i e anni addentur, *Prou.* 9, 11. לֹא תוֹסִיפִי יִקְרְאוּ לָךְ *non addes vocabunt te*, i. e. non amplius vocaberis, *Ies.* 47, 1. לֹא יִסָּפְדוּ לָהֶם וְלֹא יִתְגֹּדַד וְלֹא יִקָּרַח לָהֶם *non plangent* vlli homines *propter illos*, *et non semet incidet* quisquam, *et non semet decaluabit*, *propter illos*, *Ier.* 16, 6.

R. 61. Vsum neutralem in tertia persona singulari, tam masculina, quam feminina, recipere possunt Verba Intransitiua et Passiua. Is locum habet

a. in iis Verbis, quae nominatiuum, ad quem se referunt, in ipsa sua significatione implicite continent et includunt. Talia sunt,

α. Intransitiua quaedam; vt חָרָה לוֹ *caluit ei*, s. feruor fuit ei, *Ps* 18, 8. אַל יִחַר בְּעֵינֵי אֲדֹנָי *ne calescat*, s. ne feruor existat, *in oculis Domini mei*, *Gen.* 35, 31. אַל יֵרַע בְּעֵינֶיךָ *ne malum sit*, s. ne dolor existat, *in oculis tuis*, *Gen.* 21, 12. וַיֵּצַר לוֹ *et arctum erat ei*, *Gen.* 32, 8. *Iud.* 2, 15. et in feminino, וַתֵּצַר לְדָוִד *et arctum erat Dauidi*, 1. *Sam.* 30, 6. אֲשֶׁר לֹא תַמְטִיר עָלֶיהָ *ager super quem non pluet*, *Amos.* 4, 7.

β. Passiua bene multa; vt נוֹאַשׁ *desperatum est*, q. facta est desperatio, *Ier.* 18, 12. נְשַׁעֲרָה *factum est borridum*, s. ortus est horror tempestatis, *Ps.* 50, 3. שָׁדַד *vastatum est*, s. facta est vastatio, *Ies.* 23, 1. *seruitus dura*, אֲשֶׁר עֻבַּד בָּךְ *qua pressum est*, s. facta est pressio, *in te*, *Ies.* 14, 3. *hi sunt filii Iacobi*, אֲשֶׁר יֻלַּד לוֹ *quos effectum est nasci ipsi*, *Gen.* 35, 26. Conf. *Gen.* 10, 25. 46, 22. *in die*, שֶׁיְּדֻבַּר בָּהּ *quo dicetur*, s. sermo instituetur, *de ea*, *Cant.* 8, 8. הוּחַל *coeptum est*, s. effectum est inchoari, *Gen.* 4, 26. הֻחְתַּךְ *effectum est euerti*, s. facta est euersio, *Iob.* 30, 15. לֹא הוּנַח לָנוּ *non effectum est quiescere nobis*, i. e. non concessa est nobis quies, *Thren.* 5, 5.

Eundem vsum neutralem admittunt quoque participia passiua, Verbo substantiuo omisso; vt בְּךָ בָּטוּחַ

*in*

*in te confisum est*, i. e. posita est fiducia, *Ies.* 26, 3. נִכְבַּדוֹת מְרֻבָּר בָּךְ *honorifice dictum* est, *de te*, *Ps.* 87, 3.

b. in Verbis, quae se referunt non ad certum et definitum nomen, sed ad rem, vel actionem, in sermone expressam, pronomine, quod ad eam pertinet, vel addito, vel omisso; vt *a Iehova* הָיְתָה זֹּאת *factum est hoc;* הִיא נִפְלָאת *ipsum mirabile est in oculis nostris*, *Ps.* 118, 23. לֹא הָיְתָה כָזֹאת *non factum est sicut hoc*, 1. *Sam.* 4, 7. בַּעֲבוּר תִּהְיֶה לִי לְעֵדָה *vt sit*, scil. hoc, quod septem agnas a me acceperis, *mihi in testimonium*, *Gen.* 21, 30. וַתְּהִי חֹק בְּיִשְׂרָאֵל *et euasit*, scil. hoc, vt filia Iephtae carminibus celebraretur, *mos in Israële*, *Iud.* 11, 39. לְךָ נָאֲתָה *tibi conueniens est*, scil. hoc, vt timearis, *Ier.* 10, 7. תָּבוֹא אֵלֶיךָ *venit ad te*, et תִּגַּע עָדֶיךָ *pertingit vsque ad te*, scil hoc ipsum, quod alii ante te perpessi erant, *Iob.* 4, 5. לֹא תִמָּשֵׁךְ עוֹד *non protrahetur amplius*, scil. hoc ipsum vt eueniat quod praedixi, *Ezech.* 12, 25.

R. 62. Per vsum impersonalem, et neutralem, tertiae personae Verborum singularis, tam masculinae, quam femininae, ortae sunt quaedam constructiones ellipticae, vulgo pro anomalis habitae, quibus Verbum cum Nomine diuersi generis et numeri coniungi potest.

Etsi vero eiusmodi constructiones ab ellipsi originem duxerunt, adeo tamen vsu olim inualuerunt, vt ellipseos nulla fere ratio amplius haberetur; quod ipsum etiam ex dialectis Linguae Hebraeae, praesertim Arabica, clare apparet.

a. Cum nomine plurali masculino construi potest Verbum masculinum singulare, praesertim quando id ante nomen collocatur; vt וַיָּבֹא אֵלַי אֲנָשִׁים מִזִּקְנֵי יִשְׂרָאֵל וַיֵּשְׁבוּ לְפָנַי *et veniebant ad me viri ex senioribus Israëlis, et considebant coram me*, q. d. *et veniebat* aliquis (impersonaliter) nempe *viri*, — *Ezech.* 14, 1. יָבֹא דְבָרְיךָ *eueniant verba tua*, q. d. *eueniat* res, scilicet *verba tua*, *Iud.* 13, 12. Sic explica et alia loca; vt קִבֵּל הַיְהוּדִים אֵת אֲשֶׁר הֵחֵלּוּ לַעֲשׂוֹת *receperunt Iudaei id quod coeperant facere*, *Esth.* 9, 23. עָבַר עַל־נַפְשֵׁנוּ הַמַּיִם הַזֵּידוֹנִים *transiuerunt super animam nostram aquae tumidae*, *Psalm* 124, 5. וַיִּפֹּל מֵאֶפְרַיִם אַרְבָּעִים וּשְׁנַיִם אָלֶף *et ceciderunt de Ephraïmitis quadraginta et duo millia*, *Iud.* 12, 6. וַיְהִי אֲנָשִׁים אֲשֶׁר הָיוּ טְמֵאִים *et exstiterunt viri, qui fuerunt immundi*, *Num.* 9, 6. וַיְהִי לִפְגָנָה יְלָדִים *et exstiterunt Peninnae liberi*, 1. *Sam.* 1, 2. בְּנֵי בַיִת הָיָה לִי *filii domus* (i. e. vernae) *exstiterunt mihi*, *Eccles.* 2, 7. *etc.*

Interdum tali constructioni, per ellipsin nominis אִישׁ *vir*, *quicunque*, subest sensus distributiuus; vt מְחַלְלֶיהָ מוֹת יוּמָת *profanantes illud*, i. e. quod attinet ad eos, qui illud profanant, talis quisque *morte plectitor*, *Exod.* 31, 14.

b. Cum nomine plurali feminino Verbum singulare masculinum coniungi potest; vt יְהִי מְאֹרֹת *existant luminaria*, q. d *existat* res, nempe *luminaria*, *Gen.* 1, 14. לֹא נִמְצָא נָשִׁים יָפוֹת *non inuentae sunt feminae formosae*, q. d. *non inuentum est* aliquid quod essent *feminae formosae*, *Iob.* 42, 15. Similis ratio est in his: נִשְׁאַר בּוֹ עוֹלְלוֹת *relicti sunt in eo racemi*, *Ies.* 17, 6. יָרַד מַרְאֹשֹׁתֵיכֶם *deiecta*

*deiecta sunt capitis insignia vestra*, *Ier.* 13, 18. עָרֶיהָ עָלָה *vrbes eius concrematae sunt*, *Ier.* 48, 15. זְרֹעוֹת יְתֹמִים יְדֻכָּא *brachia orphanorum conteruntur*, *Iob.* 22, 9. *etc.*

c. Cum nomine plurali masculino, quod rem, non personam, significat, coniungi potest Verbum singulare femininum; vt תִּשְׁטֹף סְפִיחֶיהָ עֲפַר אֶרֶץ *proluunt effusiones earum puluerem terrae*, q. d. *proluit* res aliqua, scil. *effusiones*, — *Iob.* 14, 19. Sic הָיְתָה אֵלָיו פְּנֵי הַמִּלְחָמָה *fuerunt contra eum facies praelii*, 2. *Sam.* 10, 9. עֲלוּמָיו עִמּוֹ עַל עָפָר תִּשְׁכַּב *occulta* crimina *eius cum ipso super puluere cubabunt*, *Iob.* 20, 11. נַפְשׁוֹ גֶּחָלִים תְּלַהֵט *halitus eius* sunt *prunae*, quae *amburunt*, s. res, quae *amburit*, *Iob.* 41, 13.

d. Denique cum nomine plurali feminino, quod rem, non personam, significat, construi potest Verbum singulare femininum; vt חִתְּתָה קַשְׁתּוֹתָם *confracti sunt arcus eorum*, q. d. *confracta est* res, scil. *arcus eorum*, *Ier.* 51, 56 Sic תְּחַכְּמֵנִי מִצְוֹתֶיךָ *sapientem reddunt me praecepta tua*, *Psalm.* 119, 98. חַטֹּאותֵינוּ עָנְתָה בָּנוּ *peccata nostra responderunt aduersus nos*, *Ies.* 59, 12. שִׂפְתֵי חֲכָמִים תִּשְׁמוּרֵם *labia sapientum custodiunt ipsos*, *Prou.* 14, 13. נִלְכְּדָה הַקְּרִיּוֹת וְהַמְּצָדוֹת נִתְפָּשָׂה *captae sunt vrbes, et munitiones occupatae sunt*, *Ier.* 48, 41. שְׁאַל־נָא בְהֵמוֹת וְתֹרְךָ *interroga, quaeso, bestias, et docebunt te*, *Iob.* 12, 7.

Quod hic de nomine plurali dictum, idem quoque de duali intelligendum est; vt תֵּחָז בְּצִיּוֹן עֵינֵינוּ *intueantur in Tsionem oculi nostri*, *Mich.* 4, 11. עֵינָיו קָמָה *oculi eius riguerunt*, 1. *Sam.* 4, 15.

R. 63. a. Duo Verba eiusdem temporis, numeri, et personae, ita coniungi possunt, vt posterius rem ipsam exponat, prius autem eius modum, vel circumstantiam aliquam, describat, atque ideo aduerbii vicem expleat; vt הוֹאִיל מֹשֶׁה בֵּאֵר *perseuerauit Moses, explicuit*, i. e. perseueranter explicuit, *Deut.* 1, 5. פִּזֵּר נָתַן *sparsit, dedit*, i. e. sparsim, s. copiose, dedit, *Ps.* 112, 9. הֶעְמִיקוּ שִׁחֲתוּ *profundum fecerunt, corruperunt*, i. e. profunde, s. in immensum, corruperunt, *Hos.* 9, 9. שָׂמְחוּ וְרָאוּ *laetati sunt, et viderunt*, i. e. laeto animo viderunt, *Zach.* 4, 10. אַל תַּרְבּוּ תְדַבְּרוּ *ne multiplicetis, loquamini*, i. e. ne multum loquamini, 1. *Sam.* 2, 3. וְשִׁלְשִׁתְּ תֵּרֵד q. d. *et tertiabis, descendes*, i. e. tertio die descendes, 1. *Sam.* 20, 19. צְלַח רְכַב *felix esto, vehitor*, i. e. feliciter vehitor, *Ps.* 45, 5. הַשְׁפִּילוּ שְׁבוּ *humiliate, sedete*, i. e. humiliter sedete, *Ier* 13. 18.

α. Praesertim haec constructio vsitata est in Verbis הוֹסִיף *addere*, et שׁוּב *reuerti*, quae actionem iteratam, vel saepius repetitam, indicant; vt וַיֹּסֶף וַיִּקַּח אִשָּׁה *et addidit, et duxit vxorem*, i. e. iterum duxit, *Gen.* 25, 1. לֹא אוֹסִיף עוֹד אֲרַחֵם *non addam amplius, miserebor*, i. e. non amplius noua vice miserebor, *Hos.* 1, 6. וַיָּשָׁב וַיִּחְפֹּר *et reuersus est, et effodit*, i. e. denuo effodit, *Gen.* 26, 18. תָּשׁוּב תִּרְאֶה *reuerteris, videbis*, i. e. rursus videbis, *Ezech.* 8, 6.

Hoc שׁוּב interdum quoque de actione priori contraria vsurpatur; vt וַיָּשָׁב וַיִּמְרֹד־בּוֹ *tum conuersus est, et rebellauit in eum*, 2. *Reg.* 24. 1. Ita et הָסַב *inuerti*, *Ps.* 71, 21. vbi תָּסֹב תְּנַחֲמֵנִי *inuerteris, consolaberis me*, est *versa vice consolaberis*.

β. Huc

β. Huc et pertinet Verbum הָלַךְ *iuit, processit*, cum suo cognato יָלַךְ, quod, alii Verbo praemissum, continuum rei incrementum notat; vt הָלוֹךְ וְחָזֵק *procedens et inualescens*, i. e. continuo magis magisque inualescens, *Exod.* 19, 19. הָלוֹךְ וְשׁוֹב *procedendo et subsidendo*, i. e. magis magisque subsidendo. *Gen.* 8, 3.

b. Verbum finitum, regens Infinitiuum, saepe, ex indole Latini sermonis, per aduerbium commode exponitur; vt וַיּוֹסֶף עָבַר *et addidit transire*, i. e. denuo transiuit, *Num.* 22, 26. הֲנָשׁוּב לְהָפֵר *an reuertemur ad violandum?* i. e. rursus violabimus, *Esr.* 9, 14. מִהַרְתָּ לִמְצֹא *festinasti inueniendo*, i. e. celeriter inuenisti, *Gen.* 27, 20. הֵיטַבְתָּ לִרְאוֹת *bonum fecisti videndo*, i. e. bene vidisti, *Ier.* 1, 12. חִסְכַּלְתָּ עָשׂוֹ *stultum fecisti agendo*, i. e. stulte egisti, *Gen.* 31, 28.

R. 64. Verbum substantiuum הָיָה *fuit*, geminum adscitens nominatiuum, alterum subiecti, alterum praedicati, ordinaria quidem constructione conuenit genere et numero cum nomine subiecti; interdum tamen cum nomine praedicati; vt שְׁמָמָה תִּהְיֶה הַר־שֵׂעִיר *vastitas erit mons Seïr*, pro יִהְיֶה, *Ezech.* 35, 15 נְקֻדִּים יִהְיֶה שְׂכָרֵךְ *punctati erit merces tua*, pro יִהְיוּ *erunt*, *Gen.* 31, 8.

Constructio haec admittitur etiam in pronomine personali, loco Verbi substantiui vsurpato; vt חֻקּוֹת הָעַמִּים הֶבֶל הוּא *leges populorum vanitas ipsa*, f. est, pro הֵנָּה *ipsae*, f. sunt, *Ier.* 10, 3.

R. 65 a. Verbum substantiuum, quando copulat subiectum cum praedicato, in Praeterito quidem

dem et Futuro exprimitur, sed in Praesenti semper omittitur; vt תּוֹרַת יְהוָה תְּמִימָה *lex Iehouae* est *integra*, *Ps.* 19, 8. נֵר מִצְוָה *lucerna* est *praeceptio*, *Prou.* 6, 23. צָעִיר אָנִי *paruus* sum *ego*, *Iob.* 32, 6. Eius loco saepe vsurpatur pronomen personale, (*Synt. R.* 38. *a, b.*)

b. Non infrequens etiam ellipsis est Verbi substantiui in Praeterito et Futuro, quando tempus vel ex contextu sermonis, vel ex ipso eius argumento, facile intelligi potest; vt נָהָר יֹצֵא *fluuius* fuit *egrediens*, *Gen.* 2, 10. מָחָר אַתָּה מוּמָת *cras tu* eris *occisus*, 1. *Sam.* 19, 11.

R. 66. Omnia quidem Verba actiua atque transitiua suum requirunt accusatiuum; non semper tamen is adest expressus. Namque,

a. plurima Verba in speciebus deriuatis accusatiuum sua significatione includunt; vt רִבָּה *foenus fecit*, *Ps* 44, 13. שֹׁרֵשׁ *radices egit*, *Ies.* 40, 24. הֵצַר לוֹ *anxietatem fecit ei*, *Ier.* 10, 18. Sic חֵיטִיב לוֹ *bonum fecit ei*, et הֵרַע לוֹ *malum fecit ei*, *Ios.* 24, 20.

Idem faciunt omnia reciproca; vt הִטַּהֲרוּ *vosmet ipsos mundate*, *Gen.* 35, 2. וַיִּתְרֹצְצוּ *et semet inuicem contuderunt*, *Gen.* 25, 22. nec non transitiua, quae, per ellipsin, vsum reciprocum vel intransitiuum, obtinuerunt; vt אַבְלִיגָה *serenum reddam*, scil. me, vel vultum meum, *Iob.* 9, 27 הָסֵב *verte*, scil. temet, vel iter, 2. *Sam.* 5, 23. הוֹבִישׁ *perplexum fecit*, scil. se, vel animum suum, i. e. *pudefactus est*, *Ier.* 10, 14.

b. non

b non infrequens est accusatiui ellipsis, quando is vel ex indole Verbi, vel ex sermonis contextu, facile suppleri potest; vt לֹא יָלְדָה לוֹ *non peperit ei*, scil. liberos, *Gen.* 16, 1. וַיִּשְׁלַח *et misit*, scil. nuncium, *Gen.* 41, 14. יִצְבֹּר *cumulat*, scil. opes, *Ps.* 39, 7. נִדְרוּ וְשַׁלְּמוּ *vouete et soluite*, scil. vota, *Ps.* 76, 12. *fruges vestras, et vites vestras decimabit*, וְיִתֵּן *et dabit*, scil. decimas, *eunuchis suis*, 1. *Sam.* 8, 15.

Crebra praesertim ellipsis est nominum אִישׁ *vir*, pro *aliquis*, אֲנָשִׁים *viri*, pro *aliqui*, אִשָּׁה *femina*, pro *aliqua*, דָּבָר *res*, pro *aliquid*, et similium, cum alibi, tum ante praepositionem מִן *ex, de*; vt *sume tecum*, scil. aliquos, מִזִּקְנֵי יִשְׂרָאֵל *ex senioribus Israëlis*, *Exod.* 17, 5. *sumsit sibi*, scil. aliquam, מִבְּנוֹת *ex filiabus Putielis sibi in vxorem*, *Exod.* 6, 25. *dedit*, scil. aliquid, מִלַּחְמוֹ *de pane suo*, *Prou.* 22, 9.

c. in phrasibus, quae sunt vsus frequentis et solennis, persaepe fit, vt accusatiuus breuitatis causa omittatur; vt וַתֵּכֶר *et pepigit*, scil. בְּרִית *foedus*, 1. *Sam.* 20, 16. לֹא יִפְרֹסוּ *non frangent*, scil. לֶחֶם *cibum*, *Ier.* 16, 7. הַפִּילוּ *iacite*, scil. גּוֹרָל *sortem*, 1. *Sam.* 14, 42.

R. 67. Plurima Verba Hebraea, proprietate sua transitiua sunt, et accusatiuum regunt, cum Latina, quae iis vulgo respondere censentur, alium casum requirant; vt וְעָבַדְתָּ אֶת־אֹיְבֶיךָ *et seruies hostibus tuis*, proprie *coles hostes tuos*, *Deut.* 28, 48. קָבְהּ־לִי אֹתוֹ *maledic pro me ipsi*, propr. *confige ipsum*, *Num.* 22, 11. לֹא גָלוּ אֶת־אָזְנִי *non reue-*

*reuelarunt auri meae*, propr. *non nudarunt aurem meam*, 1. *Sam.* 22, 17. שִׁנָּיו יַחֲרֹק *dentibus ſuis frendebit*, propr. *dentes ſuos limabit*, *Pſ.* 112, 10. צִוָּה יְהוָה אֶת־מֹשֶׁה *praecepit Iehoua Moſi*, propr. *inſtrinxit Moſen*, ſcil praeceptis, tanquam vinculo, 1. *Chron.* 22, 13. אֲבַשְּׂרָה אֶת־הַמֶּלֶךְ *laetum nuncium adferam regi*, propr. *laetificabo regem*, 2. *Sam.* 18, 19. לֹא הֶאֱמִין סִיחוֹן אֶת־יִשְׂרָאֵל *non fidem habuit Sichon Iſraëli*, propr. *non firmum habuit Iſraëlem*, *Iud.* 11, 20. etc

R. 68. Verba paſſiua Speciei Hophal, quando tranſitiuam notionem Speciei Hiphil includunt, accuſatiuum regere poſſunt; vt וְהָרְאָה אֶת־הַכֹּהֵן *et efficietur videre ſacerdotem*, i. e. oſtendetur ſacerdoti, *Leu.* 13, 49. *ſecundum normam*, אֲשֶׁר הָרְאִיתָ *quam factus es videre*, i. e. quae tibi oſtenſa eſt, *Exod.* 26, 30. לֹא תֵעָבְדֵם *non efficieris colere eos*, i. e. non in ſeruitutem ſubiicieris illis, *Exod.* 20, 5. 23, 24.

Frequens praeſertim haec eſt conſtructio in vſu talis Verbi impersonali; vt יִתֵּן אֶת־הָאָרֶץ הַזֹּאת לַעֲבָדֶיךָ *efficiatur dare* (ſ. *vt dent*) *regionem hanc ſeruis tuis*, *Num.* 32, 5. Sic *Gen.* 27, 42. 2. *Sam.* 21, 6. *Ier.* 35, 14. etc.

R. 69. a. Verba intranſitiua, vſu quidem proprio, accuſatiuum non regunt. Saepe tamen eum recipiunt, quando, per metonymiam, et alicuius praepoſitionis ellipſin, ita deflectunt in ſignificationem tranſitiuorum, vt eorum conſtructionem prorſus imitentur. Ita, cum proprie dicatur יָצְאוּ מִן הָעִיר *egreſſi ſunt ex vrbe*, omiſſa praepoſitione

tione legitur יָצְאוּ אֶת־הָעִיר *egressi sunt urbem*, *Gen.* 44, 4. vbi *egressi sunt* per metonymiam valet *egressi reliquerunt*, vel simile quid. Sic וַנַּעֲבֹר אֶת כָּל־הַמִּדְבָּר *et iuimus totum desertum*, i. e. *transiuimus*, s. *perambulauimus*, *Deut.* 1, 19. יִשְׁכֹּן חֲצֵרוֹתֶיךָ *habitabit atria tua*, i. e. *habitatione occupabit*, *Pſ.* 65, 5. וַיֵּבְךְּ אֹתוֹ אָבִיו *et fleuit eum pater eius*, i. e. *fletu luxit*, *Gen.* 37, 35. אֵת אֲשֶׁר חָטָא מִן הַקֹּדֶשׁ יְשַׁלֵּם *id quod deliquit de ſancto*, *reſtituet*, i. e. *quod delinquendo detraxit*, *Leu.* 5, 16.

b. Praeſertim eiusmodi notionem metonymicam, omiſſa praepoſitione, induere amant Verba ſignificantia talem animi adfectionem, quae ad aliud quoddam obiectum ſe referat; vt a יָרֵא *tremuit*, *tremore concuſſus eſt*, et hinc *timuit*, cum proprie dicatur יָרֵאתִי מֵהָעָם *tremui a populo*, omiſſa praepoſitione dictum eſt יָרֵאתִי אֶת־הָעָם *tremui*, s. *timui*, *populum*, 1. *Sam.* 15, 24. intranſitiuo Verbo, per metonymiam, accipiente notionem tranſitiuam, vnde et eſt paſſiuum נוֹרָא *formidatus fuit*. Sic a חָמַד *arſit*, eſt אַל תַּחְמֹד יָפְיָהּ *ne ardeas pulchritudinem eius*, i. e. *ne ardenter concupiſcas*, *Prou.* 6, 25. a חָפֵץ *inclinatus*, *propenſus*, *fuit*, eſt חָסֶד חָפַצְתִּי *pietatem propenſus fui*, i. e. *propenſa voluntate deſideraui*, *Hoſ.* 6, 6. a קָנָא *canduit*, eſt קִנֵּא אֶת־אִשְׁתּוֹ *canduit vxorem ſuam*, i. e. *zelotypia eam proſequutus eſt*, *Num.* 5. 15

c. Frequens etiam talis metonymia eſt in Verbis motum ad locum ſignificantibus, quae cum accuſatiuo conſtrui poſſunt, praepoſitione אֶל *ad*, ב *in*, vel alia ſimili, omiſſa; vt וַיָּבֹאוּ אֶרֶץ כְּנַעַן *et venerunt regionem Canaanis*, pro *venientes intrarunt*, *Gen.*

*Gen.* 45, 25. שָׁבָה חָעִיר *reuertere vrbem*, pro *reuertens pete*, 2. *Sam.* 15, 27. יַרְדוּ שָׁמַיִם יַעֲלוּ תְהוֹמוֹת *adscendunt coelos*, *descendunt abyssos*, pro *adscendendo*, *descendendo*, *petunt*, *Psalm.* 107, 26. תִּצְעָדֵהוּ בַלָּהוֹת *gradientur eum terrores*, pro *gradientes inuadent*, *Iob.* 28, 14.

Hinc est, quod עָנָה *respondit*, non, more nostro, cum datiuo, sed cum accusatiuo, construatur; id enim, sua proprietate valens *fluxit*, est Verbum motus, quod, omissa praepositione, metonymicam notionem accepit *sermonis* quasi *fluxu* aliquem *petendi*; quare non tantum de eo, qui *respondet*, sed et, qui *sermonem incipit*, vsurpatur. Simile est קָרָה *occurrit*, item cum accusatiuo constructum, per metonymiam, q. d. *occurrens* quasi *feriit* aliquem. Mitto alia plura.

d. Vsum et constructionem Verborum transitiuorum, per metonymiam, accipiunt quoque intransitiua, quando in accusatiuo regunt nomen cognatum, quod vel ipsam actionem, vel actionis obiectum, aut effectum, designet; vt קָנֵאתִי קִנְאָה גְדוֹלָה *excandui excandescentiam magnam*, i. e. feruorem, quo totus excandescerem, animo concepi, et factis demonstraui, *Zach.* 1, 14 Sic פָּחֲדוּ פַּחַד *pauerunt pauorem*, *Ps.* 14, 5. חָרַדְתָּ אֵלֵינוּ אֶת־כָּל־הַחֲרָדָה הַזֹּאת *trepidasti propter nos omnem trepidationem hanc*, 2. *Reg.* 4, 13. וַיְצֻם צוֹם וַיָּחֶל אֶת־חָלְיוֹ *et ieiunauit ieiunium*, 2. *Sam.* 12, 16. חָלָה אֶת־חָלְיוֹ *aegrotauit morbum suum*, 2. *Reg.* 13, 14. חָטָא חֵטְאָה *peccatum peccauit*, *Thren.* 1, 8. שָׁכַב אֶת־מִשְׁכַּב הַצָּהֳרָיִם *decumbens decubitum meridiei*, 2. *Sam.* 4, 5. וְיָשְׁנוּ שְׁנַת עוֹלָם *et dormient somnum perpetuum*,

*tuum*, *Ier.* 51, 39. cui simile est פֶּן אִישַׁן הַמָּוֶת *ne dormiam mortem*, pro *ne dormiam somnum mortis*, *Ps.* 13, 4.

R. 70 a. In nudo accusatiuo nomen sibi iungunt quaecunque Verba, etiam intransitiua et passiua, quod ita exprimit obiectum, vt in Latino sermone supplendum sit *quoad* s. *ratione*, *respectu*; vt פֶּן תֹּאבְדוּ דָּרֶךְ *ne pereatis viam*, i. e. *quoad viam*, s. *ratione viae*, *Ps.* 2, 12. Sic אֲשֶׁר לֹא יָמוֹל אֶת־בְּשַׂר עָרְלָתוֹ *qui non circumcidetur* quoad *carnem praeputii sui*, *Gen.* 17, 14. 25. שְׁמִי יְהוָה לֹא נוֹדַעְתִּי לָהֶם quoad *nomen meum Iehoua non innotui ipsis*, *Exod.* 6, 3. כִּלְיוֹתַי אֲשִׁתּוֹנָן quoad *renes meos memet pungebam*, *Ps.* 73, 21. כָּל־בֶּגֶד תִּתְחַטָּאוּ quoad *omnem vestem — vosmet lustrabitis*, *Num.* 31, 20. וַיִּתְפַּשֵּׁט יְהוֹנָתָן אֶת־ הַמְּעִיל *et semet exuit Ionathan* quoad *pallium*, 1. *Sam.* 18, 4.

b. Praesertim constructionem hanc amant Verba, quae dicuntur, copiae et inopiae; vt, *oculus eius* לֹא תִשְׂבַּע עֹשֶׁר *non satiabitur diuitias*, i. e. quoad *diuitias*, *Eccles.* 4, 8. וַיְמַלֵּא הַבַּיִת אֶת־הֶעָנָן וְהֶחָצֵר מָלְאָה אֶת־נֹגַהּ כְּבוֹד יְהוָה *et repleta est aedes* quoad *nubem*, *et atrium plenum fuit* quoad *splendorem gloriae Iehovae*, *Ezech.* 10, 4. לֹא יַחְסְרוּ כָל־טוֹב *non egebunt* quoad *vllum bonum*, *Ps.* 34, 11.

R. 71. Nomina, quae temporis durationem designant, per ellipsin alicuius praepositionis in accusatiuo Verbis iunguntur; vt מָלַךְ שֶׁבַע שָׁנִים *regnauit septem annos*, 1. *Reg.* 2, 11. וַיְשַׁלַּח אוֹתָהּ שְׁנֵי חֳדָשִׁים

חֳדָשִׁים *et dimisit eam duos menses*, *Iud.* 11, 38. הֶרֶף לָנוּ שִׁבְעַת יָמִים *fac relaxationem nobis septem dies*, 1. *Sam.* 11, 3.

R. 72. Geminum accusatiuum rei aut personae diuersae regunt,

a. Verba dupliciter transitiua; vt לִמַּד דַּעַת אֶת־הָעָם *fecit discere* (s. *docuit*) *scientiam populum*, *Eccles.* 12, 9. יַשְׁמִיעוּ דְבָרַי אֶת־עַמִּי *facient audire sermones meos populum meum*, *Ier.* 23, 22.

Huc pertinent Verba Speciei et significationis transitiuae, ducta ab intransitiuis, quae, (*Synt. R.* 69.) significationem transitiuam per metonymiam, et praepositionis ellipsin, obtinuerunt; vt וְהַלְכְתִּיהָ הַמִּדְבָּר *et faciam ire eam desertum*, i. e. *transire*, s. *peruadere*, *Hos.* 2, 16. מוֹשִׁיב יְחִידִים בַּיְתָה *faciens habitare solitarios domum*, i. e. *habitatione occupare*, *Ps.* 68, 7. וַיָּשֶׁב אֶת־הַמֶּלֶךְ דָּבָר *et fecit redire regem sermonem*, i. e. *retulit ad regem responsum*, 1. *Reg.* 2, 30.

b. Verba transitiua, quando, praeter suum accusatiuum, assumunt alium, ad quem *quoad* supplendum est (*Synt. R.* 70.) vt וַיַּכֵּהוּ הַחֹמֶשׁ *et percussit eum* quoad *abdomen*, 2. *Sam.* 3, 27. וּרְצָחוֹ נֶפֶשׁ *et caedet eum* quoad *animam*, s. *vitam*, *Deut.* 22, 26. שְׁאַל נָא אֶת־הַכֹּהֲנִים תּוֹרָה *interroga, age, sacerdotes* quoad *legem*, *Hagg.* 2, 11.

Eadem subest ellipsis, quando עָנָה *respondit*, cum gemino accusatiuo construitur; vt לֹא עָנוּ הָעָם אֹתוֹ דָּבָר *non respondit ei populus* quoad *verbum*, 1. *Reg.* 18, 21. Conf. *not.* ad *Reg. Synt.* 69. c.

c. Verba *faciendi*, s. *efficiendi*, et *reddendi*, per

per ellipſin particulae ל; vt עֹשֵׂה שַׁחַר עֵיפָה *faciens auroram caliginem*, pro לְעֵיפָה, *Amos* 4, 13. תְּשִׂימֵנוּ חֶרְפָּה *ponis* (i. e. *reddis*) *nos opprobrium*, pro לְחֶרְפָּה, *Pſ.* 44, 14.

R. 73. Cum nominibus Verba conſtruuntur quoque interuenientibus praepoſitionibus, quae relationem indicant, quam Verbum habet ad nomen tanquam ad obiectum, materiam, inſtrumentum, cauſam, finem, modum, aliaque ſimilia. Quare aliquae earum exprimendis noſtris caſibus, praeſertim datiuo et ablatiuo, inſeruiunt, vt ſupra dictum eſt. Multum etiam illae conferunt ad definiendas, variisque modis immutandas, Verborum ſignificationes; praeſertim quod Hebraei Verbis per praepoſitiones compoſitis deſtituantur, eorumque loco ſolis vtantur ſimplicibus, quorum itaque ſignificationem per ſubiunctas praepoſitiones diuerſa quadam ratione inflectunt; vt הָלַךְ *iuit*, cum אֶל *ad*, valet *adiit;* cum מִן vel מ *a*, *abiit;* cum לִפְנֵי *ante*, *prae*, *praeiuit;* cum אַחַר vel אַחֲרֵי *poſt*, *ſequutus eſt*; etc.

R. 74. In conſtructione Verborum cum nominibus, quae fit ope praepoſitionum, Hebraei plurimos habent peculiares loquendi modos, quorum ratio intelligi nequit, niſi propria Verborum ſignificatio perſpecta habeatur; vt עָבַד בְּרֵעֵהוּ *in ſeruitutem redegit ſocium ſuum*, proprie *preſſit in ſocium ſuum*, ſcil. duro imperio eum ſubigens, *Ier.* 22, 13. כִּחֵשׁ בְּפִקָּדוֹן *abnegauit depoſitum*, propr. *illeuit*, ſ. *lituram induxit*, *in depoſitum*, quaſi conſpectui id ſubducens, *Leu.* 5, 21. וְנָחַם אֶל הָרָעָה

*poenitebit eum mali*, propr. *ingemiſcet ad malum*, *Ier.* 26, 13. צִוָּה עָלֵינוּ *praecepit nobis*, propr. *innexuit ſuper nos*, ſcil. inſtar oneris incumbentis legem iniungens, *Ier.* 35, 6. חוּסָה עָלַי *parce mihi*, propr. *arcta* oculum *ſuper me*, quaſi conniuens, *Neh.* 13, 22.

R. 75. Verba tranſitiua, ſi Linguae Hebraeae proprietatem ſpectemus, cum praepoſitionibus non aliter conſtruuntur, quam accuſatiuo, quem illa poſcunt, vel expreſſo, vel in Verbi ſignificatione incluſo, vel denique per ellipſin omiſſo.

Excipienda eſt ſola praepoſitio ל, quae interdum ipſi accuſatiuo praemittitur, more apud Chaldaeos et Syros frequenti; vt הָרְגוּ לַאֲבִנֵר *occiderunt Abnerum*, 2. *Sam.* 3, 30. וַיִּקַּח לִירְמְיָהוּ *et ſumſit Ieremiam*, *Ier.* 40, 2.

Admodum frequens eſt ante praepoſitiones, praeſertim ל, ב, אֶל, et עַל, accuſatiui ellipſis, quae, innumeris in phraſibus, vſu adeo inualuit, vt plena loquendi ratio vel rarius occurrat, vel non amplius reperiatur; vt רָפָא לוֹ *ſarciuit ei*, ſcil. *rupturam*, i. e. *ſanauit eum*; נָשָׂא לוֹ *ſuſtulit ei*, ſcil. *crimen*, i. e. *ignouit ei*; אָחַז בּוֹ *conſtrinxit in eum*, ſcil. *manum*, aut *vinculum*, i. e. *apprehendit eum*; שָׁאַל לוֹ בֵּאלֹהִים interrogauit, ſcil. *oraculum*, *pro eo per numen*, i. e. *conſuluit pro eo oraculum numinis*; הִבִּיט אֵלָיו *fecit micare*, ſcil. *oculos*, *ad eum*, i. e. *reſpexit ad eum*; כִּסָּה עָלָיו *voluit*, ſcil *tegumentum*, *ſuper eum*, i. e. *obtexit eum*; etc.

R. 76. Verba intranſitiua et paſſiua, praeter ſuum nominatiuum, aliud nomen adſciſcere non poſ-

possunt, nisi interueniente praepositione, eaque vel expressa, vel omissa; vt חָשְׁקָה נַפְשׁוֹ בְּבִתְּכֶם *fixa est anima eius in filiam vestram*, Gen. 34, 8. עָלֶיךָ נִשְׁעַנּוּ וּבְשִׁמְךָ בָּאנוּ עַל הֶהָמוֹן הַזֶּה *super te innixi sumus, et in nomine tuo venimus contra turbam hanc*, 2. Chron. 14, 10. עָמַד פֶּתַח הָאֹהֶל *stetit ostium tentorii*, pro אֶל־פֶּתַח *ad ostium*, Exod. 33, 9. אֵרָאֶה פְּנֵי אֱלֹהִים *conspiciar faciem Dei*, pro אֶל פְּנֵי *ad faciem*, Ps. 42, 3.

R. 77. Plurima sunt Verba, quae duplicem admittant constructionem, ita vt modo nomen in accusatiuo regant, modo id sibi iungant praepositione intercedente.

a. Saepe talis diuersitas constructionis immutat significationem plus minusue; vt קָרָא שְׁמוֹ est *vocauit nomen eius*, id imponens, vel pronuncians; sed קָרָא בְּשְׁמוֹ *vocauit nomine eius*, i. e. eius nomine appellauit alium, vel pronunciato eius nomine eum inuocauit, aut designauit; שָׁמַע קוֹלוֹ est *audiuit vocem eius*, eam percipiens, sed שָׁמַע לְקוֹלוֹ, vel אֶל־קוֹלוֹ, *audiuit ad vocem eius*, vel בְּקוֹלוֹ *propter vocem eius*, i. e. ad vocem eius auditam animum aduertit, vel dicto audiens et obediens fuit; עָשָׂה מְלָאכָה est *fecit*, *perfecit*, *opus*, sed עָשָׂה בִּמְלָאכָה *incubuit in opus*, s. *in eo occupatus fuit*, Exod. 5, 9. 1. Reg. 9, 23. אָכַל לֶחֶם est *comedit panem*, sed אָכַל בְּלֶחֶם *comedit in pane*, scil. aliquid quod esset in pane, i. e. *comedit de pane*, Iud. 13, 16. Prou. 9, 5. vbi et שָׁתָה בְיַיִן *bibit de vino*; sic נָשָׂא מַשָּׂא *tulit onus*, sed נָשָׂא בְּמַשָּׂא *tulit de onere*, s. partem oneris, Num. 11, 17.

b. Interdum diuersa constructio haud notabile efficit significationis discrimen; vt a נָשַׁק, proprie *appegit*, et hinc *osculatus est*, est נָשְׁקוֹ *osculatus est eum*, nec non, eadem significatione, נָשַׁק לוֹ, proprie *appegit ei*, vel *ad eum*, scil. os suum; sic קָרָאתִיךָ *vocaui te*, et קָרָאתִי לְךָ *vocaui ad te*; רָדַף אַחֲרָיו *persequutus est eum*, et רָדַף *persequutus est post eum*; רַחֲמֶךָ *misertus est tui*, et רָחַם עָלֶיךָ q. d. *misertus est ergà te*; etc.

R. 78. Verbis *nuncupandi*, tam actiuis quam passiuis, nomen, quod imponitur, in nominatiuo, id vero, cui nomen imponitur, ope praepositionis ל, iungi solet; vt וַיִּקְרָא לָאוֹר יוֹם *et vocauit luci, dies*, i. e. lucem vocauit diem, *Gen.* 1, 5. יִקָּרֵא לָךְ עִיר הַצֶּדֶק *vocabitur tibi, vrbs iustitiae*, i. e. tu vocaberis, *Ies.* 1, 26. לְאַרְצֵךְ לֹא יֵאָמֵר עוֹד שְׁמָמָה *terrae tuae non dicetur amplius, desolatio*, i. e. non amplius nuncupabitur nomine desolationis, *Ies.* 62, 4.

Interdum, omissa ל, accusatiuus adhibetur; vt וְקָרָאת יְשׁוּעָה חוֹמֹתַיִךְ *et vocabis, salus, muros tuos*, *Ies.* 60, 18. Ad Verbum passiuum hic accusatiuus transit in nominatiuum; vt בֵּיתִי בֵּית תְּפִלָּה יִקָּרֵא *domus mea domus precationis vocabitur*, *Ies.* 56, 7.

R. 79. Verba passiua, quae nomen actoris plerumque sibi iungunt ope praepositionis מ *a*, pro ea interdum ל, datiui notam, assumunt; vt אִדָּרֵשׁ לָהֶם *requirar ipsis*, pro מֵהֶם *ab ipsis*, *Ezech.* 14, 3. sic נִשְׁמַע לְסַנְבַלָּט *auditum est Sanballato*, *Neh.* 6, 1. בָּרוּךְ אַבְרָם לְאֵל *benedictus* sit *Abramus Deo*, *Gen.* 14, 19.

R. 80.

R. 80. Verbo, quod significet *habere*, cum Hebraei destituantur, eius loco vti solent Verbo substantiuo הָיָה *fuit*, constructo cum ל, nota dativi, et possessorem indicante; vt הָיָה צאן לְעָשִׁיר *diuiti fuit pecus*, i. e. dives habuit pecudem, 2. *Sam.* 12, 2. כִּי תִהְיֶיןָ לְאִישׁ שְׁתֵּי נָשִׁים *quando erunt alicui duae vxores*, i. e. habebit aliquis duas vxores, *Deut.* 21, 15.

In Praesenti tempore Verbum substantiuum omittitur; vt כַּרְמִי שֶׁלִּי *vinea mea, quae mihi*, i. e. quam habeo, *Cant.* 1, 6. aut pro eo nomina יֵשׁ et אַיִן, de quibus supra iam dictum, adhibentur; vt כֹּל אֲשֶׁר יֶשׁ־לוֹ *omne id quod est ipsi*, i. e. quicquid habet, *Gen.* 39, 8. אֵין מִרְעֶה לָהֶם *non* est *pascuum illis*, i. e. non habent pascuum, *Ioël.* 1, 18.

R. 81. a. Verbum substantiuum הָיָה, quando notat *fieri*, vel *euadere*, nomen, quo diuersa rei aut personae conditio significatur, intercedente praepositione ל adsciscit; vt וְהָיוּ לְדָם *et erunt* aquae *in sanguinem*, i. e. fient sanguis, *Exod.* 4, 9. הֵמָּה יִהְיוּ לִי לְעָם *ipsi erunt mihi in populum*, i. e. euadent populus meus, *Ier.* 31, 33.

b. Eandem constructionem sequuntur Verba, quae illam Verbi substantiui notionem quodammodo includunt; vt יָשִׂית אֶת־אַרְצָהּ לְשַׁמָּה *ponet terram eius in vastitatem*, i. e. faciet vt ea euadat vastitas, *Ier.* 50, 3. וַיִּתְּנֵךְ לְמֶלֶךְ *et dedit te in regem*, i. e. fecit vt rex fieres, 2. *Chron.* 9, 8 Ita et הִמְלַכְתִּי אֶת־שָׁאוּל לְמֶלֶךְ *feci regnare Saulum in regem*, i. e. vt rex fieret, 1. *Sam.* 15, 11.

R. 82. Constructio Verbi *praegnans* dicitur, quae ita comparata est, vt appareat, vnum pro duobus poni, atque alius omissi significationem simul complecti. Ea Hebraei, studio breuiter et grauiter loquendi, admodum delectantur.

a. Frequenter talis constructio locum habet, vbi ex adiuncta praepositione Verbum omissum intelligi atque suppleri potest; vt וּפָחֲדוּ אֶל־יְהוָה *et pauebunt ad Iehouam*, pro *pauentes accurrent*, *Hos.* 3, 5. וְיָחֲרְדוּ לְקִרְאָתוֹ *et trepidarunt obuiam ei*, pro *trepidantes iuerunt*, 1. *Sam.* 16, 4. לָאָרֶץ חִלְּלוּ מִשְׁכַּן שְׁמֶךָ *ad terram profanarunt habitaculum nominis tui*, pro *profanatum deiecerunt*, *Psalm.* 74, 7. פְּסִילֵי אֱלֹהֶיהָ שִׁבַּר לָאָרֶץ *imagines numinum eius fregit ad terram*, pro *fractas proiecit*, *Ies.* 21, 9. עָנָנִי בַמֶּרְחָב *exaudiuit me in locum amplum*, pro *exaudiens restituit*, *Ps.* 118, 5. אַל תַּחֲרֵשׁ מִמֶּנִּי *ne conticescas a me*, pro *conticescens te subducas*, *Ps.* 28, 1. יִשְׁפָּטֵנִי מִיָּדֶךָ *iudicabit me ex manu tua*, pro *iudicans vindicabit*, 1. *Sam.* 24, 16. בָּגְדָה אִשָּׁה מֵרֵעָהּ *perfide egit mulier a marito suo*, pro *perfide agens desciuit*, *Ier.* 3, 20. מִלֵּא אַחֲרֵי יְהוָה *compleuit post Iehouam*, pro *complens iuit*, h. e. plenum et perfectum ei praestitit obsequium, *Deut.* 1, 36. וְזָנוּ אַחֲרֵי אֱלֹהֵיהֶם *et scortabuntur post numina sua*, pro *scortantes ibunt*, h. e. ea sequentur, *Exod.* 34, 15. וְיִזְנוּ מִתַּחַת אֱלֹהֵיהֶם *et scortati sunt a sub numine suo*, pro *scortantes ab eo se subtraxerunt*, *Hos.* 4, 12.

b. Praegnans etiam est constructio, quando Verbum assumit accusatiuum pertinentem ad aliud Verbum, cuius significationem illud per metonymiam

miam includit; vt *indicauit Moſes Aharoni omnia verba Iehovae*, אֲשֶׁר שְׁלָחוֹ *quae miſerat eum*, pro *mittens iuſſerat*, *Exod.* 4, 48. Conf. 2. *Sam.* 11, 22. וַיַּהֲפֹךְ־לוֹ אֱלֹהִים לֵב אַחֵר *et vertit ei Deus cor aliud*, pro *vertendo*, ſ. *mutando*, *ſubſtituit*, 1. *Sam.* 10, 9. *perſolvam tibi vota mea*, אֲשֶׁר פָּצוּ שְׂפָתָי *quae effregerunt labia mea*, pro *effracta nuncuparunt*, *Pſ.* 66, 15.

R. 83. Infinitiui, cum proprie nomina ſint ſubſtantiua, eorum more tam in nominatiuo collocari, quam in accuſatiuo regi, nec non cum praepoſitionibus coniungi, poſſunt; vt לֹא טוֹב הֱיוֹת הָאָדָם לְבַדּוֹ *non bonum eſt, eſſe hominum ſolum*, *Gen.* 2, 18. *an leue vobis videtur*, הַמְעַט מִכֶּם *affinitate coniungi cum rege?* 1. *Sam.* 18, 23. לִמְּדוּ לְשׁוֹנָם דַּבֶּר־שָׁקֶר *docuerunt linguam ſuam loqui mendacium*, *Ier.* 9, 4. שִׁבְתְּךָ וְצֵאתְךָ וּבוֹאֲךָ יָדַעְתִּי וְאֵת הִתְרַגִּזְךָ אֵלָי *ſedere tuum, et exire tuum, et intrare tuum, noui, et commoueri tuum aduerſus me*, *Ieſ.* 37, 28. עַל אָמְרֶךָ *ſuper dicere tuo*, *Ier.* 2, 35. אַחֲרֵי הוֹלִידוֹ אֶת *poſt gignere eius*, *Gen.* 5, 4. וַיַּעַן הִתְרַגִּזְךָ אֵלָי *propter commoueri tuum aduerſus me*, *Ieſ.* 37, 29.

R. 84. Nomen agentis, vel patientis, quod Verbis finitis additur in nominatiuo, Infinitiuis in genitiuo iungitur; vt כִּשְׁמֹעַ הַמֶּלֶךְ *iuxta audire regis*, i. e. cum audiret rex, 1. *Reg.* 13, 4. עַד עֲלוֹת הַשַּׁחַר *vsque ad adſcendere aurorae*, *Gen.* 32, 25. אֶל־הֲלָקַח אֲרוֹן הָאֱלֹהִים *de capi arcae Dei*, i. e. *de eo quod capta eſſet arca*, 1. *Sam.* 4, 19.

Interdum aliquid interponitur; vt לָטֹס שָׁמָּה רוּחַ

רוּצַח *ad fugere eo occisoris*, i. e. vt eo fugiat occisor, *Ios.* 20, 3. בֶּאֱכֹל קַשׁ לְשׁוֹן אֵשׁ *iuxta comedere stipulam linguae ignis*, *Ies.* 5, 24. Speciatim particula אֵת, vti nominatiuo Verbi finiti, ita et genitiuo, qui, eius loco, Infinitiuo additur, praemitti potest; vt בְּהִוָּלֶד לוֹ אֶת־יִצְחָק propr. *in nasci ei ipsius Isaaci*, i. e. cum nasceretur ei ipse Isaacus, *Gen.* 21, 5.

R. 85. Infinitiuus cum alio nomine praecedente ita construi potest, vt id in regimine collocet, et ipse nomen rectum constituat; vt בְּיֹמֵי שְׁפֹט הַשֹּׁפְטִים *in diebus iudicare iudicum*, i. e. quando iudices iudicarunt, *Ruth.* 1, 1. סְחֵי דַּבְּרִי בוֹ *ex copia loqui mei*, i. e. quoties loquor, *contra eum*, *Ier.* 31, 20. לִמְדֵי הָרַע *edocti male agere*, *Ier.* 13, 23. מַשְׁכִּימֵי קוּם מְאַחֲרֵי שֶׁבֶת *maturantes surgere*, *tardantes sedere*, *Ps.* 127, 2.

R. 86. In Infinitiuo Verbi transitiui, quod regit nomen in accusatiuo, duplex construendi ratio locum habet.

a. In regimine ille poni potest, secundum leges nominum; vt שְׁמֹר מִצְוֹתָיו *obseruare legem eius*, q. d. *obseruatio legum*, *Deut.* 8, 11. Sic עֲשׂוֹת מִשְׁפָּט וְאַהֲבַת חֶסֶד *facere iudicii, et amare pietatis*, *Mich.* 6, 8.

b. Constructionem Verbi finiti ille sequi potest, ita vt nomen regat in accusatiuo; vt הָרֹג בָּקָר *occidere bouem*, et שָׁחֹט צֹאן *mactare pecudem*, et אָכֹל בָּשָׂר *comedere carnem*, et שָׁתוֹת יַיִן *bibere vinum*, *Ies.* 22, 13. יִרְאָה אֶת־יְהוָה *timere Iehouam*, et אַהֲבָה אֹתוֹ *amare ipsum*, *Deut.* 10, 12.

Talem

Talem constructionem omnia nomina actionis admittere possunt; vt לְמִקְרָא הָעֵדָה וּלְמַסַּע אֶת־הַמַּחֲנוֹת *ad conuocationem coetum, et ad motionem castra, Num.* 10, 2. *quum repleta fuerit haec terra* דֵּעָה אֶת־יְהוָה *cognitione Iehouam, Ies.* 11, 9. לְיֵשַׁע אֶת־מְשִׁיחֶךָ *ad seruationem vnctum tuum, Hab.* 3, 13.

c. Infinitiuo Verbi transitiui, quem sequitur genitiuus actorem designans, nomen, quod ille regit, semper additur in accusatiuo; vt אַחֲרֵי שְׁבוֹר חֲנַנְיָה אֶת־הַמּוֹטָה *post frangere Chananjae iugum, Ier.* 28, 12. כְּאַהֲבַת יְהוָה אֶת־בְּנֵי יִשְׂרָאֵל *iuxta amare Iehouae filios Israëlis, Hos* 3, 1. מִיִּרְאָתוֹ אֹתוֹ *propter timere eius eum, 2. Sam.* 3, 11.

Haec lex etiam valet in nominibus actionis; vt כְּמַהְפֵּכַת אֱלֹהִים אֶת־סְדֹם *secundum subuersionem Dei Sodomam, Amos.* 4, 11. *Ies.* 13, 19.

R. 87. Particulas inseparabiles בכלם quando praefixas habent Infinitiui, modo nostris Gerundiis respondent, modo alias, Hebraeis peculiares, loquendi formulas efficiunt, quarum aliquas Latinus sermo non aliter exprimere potest, quam ita vt Infinitiuus, ope alicuius Coniunctionis, in Verbum finitum resoluatur.

a ב quando praemittitur Infinitiuo,

α. efficit nostrum Gerundium in *do*; vt וַיִּבָּרְחוּ בְּהֶחָבֵא *et aufugerunt in semet occultare*, i. e. semet occultando, *Dan.* 10, 7.

β. valet *per*, vel *propter*; vt *pangam foedus vobiscum*, בְּנָקְרִי *per effodere*, i. e. hac conditione, vt effodiam, 1. *Sam.* 11, 2. בְּשָׁמְעוֹ *propter audire eius*, i. e. propterea quod audiuit, *Exod.* 16, 7.

γ. in-

γ. inſeruit tempori exprimendo, in quo aliquid fit; vt בְּבוֹא אֲדֹנִי *in venire domini mei*, i. e. quum venerit dominus meus, 2. *Reg.* 5, 18. בִּהְיוֹתָם *in eſſe eorum*, i. e. quando fuerunt, 1. *Sam.* 2, 27. בְּהִבָּרְאָם *in creari eorum*, i. e. quando ea creata ſunt, *Gen.* 2, 4.

b. בְּ Infinitiuo praefixa,

α. indicat comparationem; vt כְּאָכְלוֹ *iuxta comedere*, i. e. ſicut comedit, *Ieſ.* 5, 24.

β. temporis connexionem ſignificat, idem valens, quod Verbo finito praemiſſum כַּאֲשֶׁר *iuxta, quod*, ſ. *circa* tempus *quo*, i. e. *quum*, *quando*; vt כְּבוֹא הַשֶּׁמֶשׁ *iuxta occidere ſolis*, i. e. quum ſol occiderit, *Deut.* 16, 6. כְּחָזְקָתוֹ *iuxta inualeſcere eius*, i. e. quando inualuit, 2. *Chron.* 26, 16. כִּרְאֹתְכֶם *iuxta videre veſtri*, i. e. quando videritis, *Ioſ.* 3, 3.

c. לְ cum Infinitiuo compoſita,

α. valet *ad*, Gerundium in *dum* regens, vbi finis, aut euentus, ſignificatur; vt בָּאתֶם לִרְאוֹת *veniſtis ad videndum*, ſ. vt videretis, *Gen.* 42, 12. לְהִתָּנֵקֵם *ad ſemet vlciſcendum*, ſ. vt ſemet vlciſcatur, 1. *Sam.* 28, 25. לְהִכָּרֵית *ad exſcindendum*, ſ. eo euentu, vt exſcindatis, *Ier.* 44, 7.

β. notat *usque ad*, ſ. *donec*; vt לְדַעְתּוֹ *vsque ad ſcire eius*, i. e. donec ſciat, *Ieſ.* 7, 15.

γ. exprimit cauſam; vt לִהְיוֹת *propter eſſe*, ſ. propterea quod fuit, 1. *Reg.* 16, 7.

δ. per *de* reddi poteſt, vbi ſignificatur obiectum, ad quod dictum vel factum ſe refert; vt

*loquu-*

*loquutus est* לְהָמִית אֶת־דָּוִד *de occidere Dauidem*, i. e. de eo occidendo, 1. *Sam.* 19, 1. נִשְׁבַּעְתִּי לָתֵת *iuraui de dare* i. e. me daturum esse, *Deut.* 10, 11.

ε. relationem ad tempus notat; vt לְפִנּוֹת הַבֹּקֶר *ad appetere aurorae*, i. e. appetente aurora, *Iud.* 19, 26. *anno secundo* לְצֵאתָם *ad egredi eorum*, i. e. egressus eorum, *Num.* 1, 1.

ζ. modum dicit, ad quem aliquid fit, atque ita Gerundium in *do* efficit; vt לְשָׁאוֹל 1. *Sam.* 12, 17. 19. לְאַהֲבָה *amando*, *Deut.* 19, 9. לֵאמֹר *dicendo.*

η. post Nomina, per Gerundium in *di* commode exprimitur; vt עֵת לָלֶדֶת *tempus ad nasci*, i. e. nascendi, *Eccles.* 3, 2. מָקוֹם לַעֲבֹר *locus ad transire*, i. e. transeundi, *Neh.* 2, 14. אֵין לְהוֹסִיף *vacuitas ad addere*, s. addendi, i. e. non est, quod addatur, *Eccles.* 3, 14.

ϑ. saepissime solam indicat relationem Verbi finiti ad Infinitiuum, qui ab eo regitur; vt תַּמּוּ לַעֲבוֹר *absoluerunt transire*, *Ios.* 3, 17. לֹא אָבָה לְשַׁלְּחָם *non voluit dimittere eos*, *Exod.* 10, 27. לֹא יָכוֹל לְהִתְאַפֵּק *non potuit se continere*, *Gen.* 45, 1.

Hoc vsu ל saepe omittitur; vt תּוֹסֵף רְאוֹת *perges videre*, *Exod.* 10, 28. pro לִרְאוֹת, vt plenius est, *Deut.* 28, 68. מֵאֲנוּ קַחַת מוּסָר *renuerunt admittere disciplinam*, *Ier.* 5, 3. pro לָקַחַת, vt מֵאֲנוּ לָשׁוּב *renuerunt conuerti*, ibid.

ι. Cum Verbo substantiuo periphrasin facit Futuri Temporis; vt וְהָיוּ לַעֲבֹד *et erunt*, scil. destinati et parati, *ad seruire*, i. e. seruituri sunt, *Num.* 8, 11. וַיְהִי הַשֶּׁמֶשׁ לָבוֹא *et erat sol ad occidere*,

*dere*, i. e. occasurus erat, *Gen.* 15, 12. נא תִהְיֶה לְהַבָּקֵעַ *No erit ad perrumpi*, i. e. perrumpenda est, *Ezech.* 30, 16.

א Eadem virtute Infinitiuus cum ל interdum absolute ponitur, Verbo substantiuo omisso; vt יְהוָה לְהוֹשִׁיעֵנִי *Ieboua ad seruare me*, i. e. seruaturus est, *Ies.* 38, 20. אֶפְרַיִם לְהוֹצִיא *Ephraim ad educere*, i. e. educturus est, *Hos.* 9, 13. *custodiens prudentiam*, לִמְצֹא טוֹב *ad inuenire bonum*, i. e. inuenturus est, *Prou.* 19, 8.

ב Vt Futurum Verbi finiti, ita et Infinitiuus tali modo cum ל constructus, vsus quosdam speciales habet. Sic adhibetur de eo, quod fieri solet; vt *comprimens oculos suos*, לַחְשֹׁב תַּהְפֻּכוֹת *ad supputare subuersiones*, i. e. supputabit, vel supputare solet, *Prou.* 16, 30. item, de eo quod fieri potest; vt לֹא לְהוֹרִישׁ *non* fuit *ad expellere*, i. e. non potuit expellere, *Iud.* 1, 19. coll. *Ios.* 17, 12. nec non de eo, quod fieri debet; vt לְהָסִיר אָדָם מַעֲשֵׂהוּ *ad remouere hominem facinus*, i. e. necesse est vt remoueat, *Iob.* 33, 17.

ג Per ellipsin Verbi substantiui ortus quoque est vsus Infinitiui cum ל compositi absolutus, quo per nostrum Participium passiuum exprimi potest; vt לְהֻכּוֹת *ad percutere*, i. e. percutiendum fuit, 2. *Reg.* 13, 19. מַה־לַּעֲשׂוֹת *quid ad facere?* i. e. quid faciendum est? *Ies.* 5, 4. לֹא לָשֵׂאת אֶת־אָרוֹן *non ad portare arcam*, i. e. non portanda est arca, 1. *Chron.* 15, 2. Sic הֲלָרָשָׁע לַעְזֹר *an improbo auxilium ferendum* est? 2. *Chron.* 19, 2. אֲשֶׁר לְתִתִּי לוֹ בְשׂרָה *cui dandum a me* fuit *laeti nuntii praemium*, 2. *Sam.* 4, 10.

d. De-

d. Denique מ Infinitiuo praefixa,

α. notat *a*; vt *cum reuerteretur Dauid* מֵהַכּוֹת *a percutere Philiſthaeum*, i. e. ab eius caede, 1. *Sam.* 17, 57. et, per ellipſin, *a quo tempore*; vt מֵהָחֵל *ab incipere*, i. e. a quo incepit, 2. *Chron.* 31, 10. vnde et per *poſtquam* reſolui poteſt; vt מְלוֹשׁ בָּצַק *a depſere maſſam*, i. e. poſtquam depſuit, *Hoſ.* 7, 4.

β. vim negandi habet, et per *ne*, *vt non*, *quod non*, commode exprimitur; vt מְנָעֲךָ מִבּוֹא *prohibuit te ab intrare*, i. e. ne intrares, 1. *Sam.* 25, 26. *cuſtodiam vias meas*, מֵחֲטֹא *a labi*, i. e. ne labar, *Pſ.* 39, 2. *caligarunt oculi eius*, מֵרְאוֹת *a videre*, i. e. vt non videret, *Gen.* 27, 1. נִשְׁבַּעְתִּי מֵעֲבֹר מֵי־נֹחַ *iuraui*, *a tranſire aquarum Noachi*, ſ. quod non tranſiturae ſint aquae, *Ieſ.* 54, 9.

א Sic poſt חָלִילָה *profanum! abſit!* vt חָלִילָה לִי מֵעֲשׂוֹת זֹאת *profanum mihi*, ſcil. facinus habetur, *a facere hoc*, ſ. vt ne hoc faciam, i. e. abſit, vt hoc faciam! *Gen.* 44, 17.

ב Infinitiuus הֱיוֹת *eſſe*, poſt מ interdum omittitur; vt *reprobauit te*, מִמֶּלֶךְ *a rege*, pro מִהְיוֹת מֶלֶךְ *ab eſſe regem*, i. e. ne eſſes rex, 1. *Sam.* 15, 23.

γ. valet *ex*, reſoluendum per *propterea quod*, vbi cauſa ſignificatur, ex qua effectus proficiſcitur; vt מִדַּעְתִּי *ex ſcire mei*, i. e. propterea quod ſciam, *Ieſ.* 48, 4. לֹא מֵרֻבְּכֶם *non ex multiplicari veſtri*, i. e. non propterea quod multi ſitis, כִּי מֵאַהֲבַת יְהוָה אֶתְכֶם וּמִשָּׁמְרוֹ אֶת־הַשְּׁבֻעָה *ſed ex amare Iehouae vos*, *et ex ſeruare eius iusiurandum*, i.

e. ſed

e. sed propterea quod amet Iehoua vos, et quod seruet iusiurandum, *Deut.* 7, 7. 8.

δ. in comparatione, notans *prae*, per *magis quam*, *quam vt*, resolui potest; vt *bonum* est, *demisso spiritu esse cum pauperibus*, מֵחַלֵּק *prae diuidere spolium cum superbis*, i. e. melius est, — quam diuidere, *Prov.* 16, 19. *altare* fuit *paruum*, מֵהָכִיל *prae capere*, i. e. minus fuit, quam vt caperet, 1. *Reg.* 8, 64. *ille* est *homo nequam*, מִדַּבֵּר אֵלָיו *prae loqui ad ipsum*, i. e. nequior est, quam vt quis ipsum alloquatur, 1. *Sam.* 25, 17. זָקַנְתִּי מִהְיוֹת לְאִישׁ *consenui prae esse viri*, i. e. grandaeuior sum, quam vt viro nubam, *Ruth.* 1, 12.

R. 88. Ab Infinitiuo cum particula vel separata vel inseparabili constructo, qui in Verbum finitum se resolui patitur, saepe ad Verbum finitum transitur, per ellipsin alius particulae, quae in illa priore implicite continetur; vt אֶל־תִּלָּקַח אֲרוֹן הָאֱלֹהִים וּמֵת חָמִיהָ *de capi arcae Dei, et mortuus esset socer eius*, i. e. de eo quod capta esset arca, et quod mortuus esset socer eius, 1. *Sam.* 4, 19. בְּהֶעָצֵר הַשָּׁמַיִם וְלֹא יִהְיֶה מָטָר *in claudi coelorum, et non erit pluuia*, i. e. quando claudentur coeli, et quando non erit pluuia, 2. *Chron.* 6, 26. לְהַנְחִיל *ad faciendum hereditare amantes mei solidum bonum*, וְאֹצְרֹתֵיהֶם אֲמַלֵּא *et thesauros eorum impleam*, i. e. vt faciam hereditare, — et vt impleam, *Prov.* 8, 21.

R. 89. Infinitiui actiui, cum particula separata vel inseparabili constructi, quando se referunt ad subiectum agens non expressum et indefinitum, etsi

etsi seruant vim suam actiuam, pro indole tamen Latini sermonis in Verbum finitum passiuum commode resoluuntur; vt לְמַעַן סַפֵּר שְׁמִי *propter narrare nomen meum*, i. e. vt narrent, scil. homines, s. vt narretur nomen meum, *Exod.* 9, 16. *agnus mansuetus*, יוּבַל לְטִבּוֹחַ qui *propellitur ad mactare*, scil. vt homines eum mactent, i. e. vt mactetur, *Ier.* 11, 19. Sic וְהָיָה לֶאֱכֹל *et erit ad comedere*, i. e. vt comedatur, *Deut.* 31, 17. בֶּאֱמֹר אֵלַי *in dicere ad me*, i. e. quando dicitur, *Ps* 42, 4. כְּצָרְפַת־כֶּסֶף *iuxta conflare argentum*, i. e. quemadmodum conflatur, *Ps.* 66, 10.

R. 90. Infinitiuus, omissa praepositione ב vel ל, Verbo finito saepe ita additur, vt, modum, quo quid fit, describens, vsum accipiat aduerbialem, quo per nostrum Gerundium in *do* commode exponatur; vt וַיַּעַמְדוּ -- הָכֵן *et steterunt firmando*, scil. gressum, vel pedes, *Ios.* 3, 17. אָקִים *stabiliam quicquid loquutus sum*, — הָחֵל וְכַלֵּה *incipiendo et absoluendo*, 1. *Sam.* 3, 12. יִקָּבֵר סָחוֹב וְהָשְׁלֵךְ *sepelietur trahendo et proiiciendo*, *Ier.* 22, 19. וָאֲדַבֵּר אֲלֵיכֶם הַשְׁכֵּם וְדַבֵּר *et loquutus sum ad vos maturando et loquendo*, i. e. mature loquendo, *Ier.* 7, 13.

R. 91. Vsum aduerbialem induit quoque Infinitiuus, quando, omissa praepositione, Verbo suo finito praemittitur, interdum et subiungitur, fortioris asseuerationis causa, vel ad augendam quodammodo et intendendam Verbi significationem; vt מָלֹךְ תִּמְלֹךְ *regnando regnabis*, i. e. certissime regnabis, 1. *Sam.* 34, 21. הֱיוֹת אֶהְיֶה q. d. *essendo ero*, i. e. vtique ero, *Ps.* 50, 21. וָבֹא בֹּא *et inua-*

*det inuadendo*, i. e. magno impetu inuadet, *Dan.* 11, 10. בָּלְכָה הָלוֹךְ *eamus eundo*, i. e. magno cum ſtudio eamus, *Zach.* 8, 21.

α. Nonnunquam Infinitiuus eſt Verbi diuerſi, ſed literis et ſignificatione vicini; vt אָסֹף אֲסִיפֵם *colligendo conſumam eos*, *Ier.* 8, 13. חָנוֹן יָחְנֶךָּ *miſerendo propitius reddetur tibi*, *Ieſ.* 30, 19.

β. Poteſt et alius Infinitiuus interponi; vt וַיָּשֻׁבוּ הַמַּיִם הָלוֹךְ וְשׁוֹב *et ſubſidebant aquae procedendo et ſubſidendo*, i. e. continuo magis magisque ſubſidebant, *Gen.* 8, 3. vel etiam ſubiungi poteſt; vt הָלְכוּ הָלוֹךְ וְנָעוֹ *iuerunt eundo et mugiendo*, i. e. continuo iuerunt mugientes, 1. *Sam.* 6, 12.

b. Quodſi Verbum finitum ſit Speciei deriuatae, Infinitiuus vel ex eadem Specie deſumi poteſt; vt נִגְלֹה נִגְלֵיתִי *reuelando reuelatus fui*, 1. *Sam.* 2, 27. vel ex alia eiusdem ſignificationis; vt הָחָרֵב נֶחֱרְבוּ *excidendo exciſi ſunt*, 2. *Reg.* 3, 23. vel ex Kal; vt מוֹת יוּמַת *moriendo mori efficietur*, i. e. occidetur, *Gen.* 26, 11. vel denique ex alia ſimpliciore; vt עָרֹעַ תִּתְעָרְעָר *occoecando occoecabit ſe*, *Ier.* 51, 58.

c. Particula negandi ſi adſit, ea plerumque inter Infinitiuum et Verbum finitum collocatur; vt הֲיָדֹעַ לֹא נֵדָע *an ſciendo non ſciemus?* *Ier.* 13. 12. הָמֵת אַל־תְּמִיתֻהוּ *occidendo ne occidatis eum*, 1. *Reg.* 3, 26. Interdum tamen ipſi Infinitiuo praemittitur; vt אָח לֹא פָדֹה יִפְדֶּה אִישׁ *fratrem non redimendo redimet quisquam*, *Pſ.* 49, 8.

R. 92. a. Participia ita ſequi poſſunt conſtructionem Verbi ſui finiti, vt nomen vel in accuſa-

tiuo

tiuo sibi iungant, vel ope intercedentis praepositionis; vt רֹעִים חָרְעִים אֶת־עַמִּי *pastores pascentes populum meum*, *Ier.* 23, 2. יָרֵא אֶת־דְּבַר יְהוָה *timens verbum Iehouae*, *Exod.* 9, 20. שְׂמֵחִים שָׂמְחָה גְדֹלָה *gaudentes gaudium magnum*, 1. *Reg.* 1, 40. רֹדִים בָּעָם הָעֹשִׂים בַּמְּלָאכָה *dominantes in populum incumbentem in opus*, 1. *Reg* 9, 23. אִישׁ נָחַם עַל רָעָתוֹ *vir poenitentia affectus propter malum suum*, *Ier.* 8, 6.

Quemadmodum Verba finita nomen obiecti, per omissum *quoad*, in accusatiuo sibi iungunt, (*Reg. Synt.* 80.) ita et Participia; vt לָבוּשׁ כְּנָרִים צוֹאִים *indutus vestes sordidas*, *Zach.* 3, 3. קָרוּעַ כֻּתָּנְתּוֹ *laceratus tunicam suam*, 2. *Sam.* 15, 32. שָׁלוּחַ אֵלַיִךְ קָשָׁה *missus ad te rem duram*, 1. *Reg.* 14, 6.

b. Possunt etiam illa legem Nominum ita sequi, vt, in regimine posita, genitiuum assumant; et quidem,

α. accusatiuum, quem regere debebant, passim conuertunt in genitiuum; vt מְבַקְשֵׁי נַפְשִׁי וְדֹרְשֵׁי רָעָתִי *quaerentes animae meae, et inuestigantes mali mei*, pro *animam meam*, et *malum meum*, quasi dicas *quaesitores animae*, et *inuestigatores mali*, *Ps.* 38, 13. נֹשְׂאֵי מָגֵן וְדֹרְכֵי קֶשֶׁת *gestantes clypei, et tendentes arcus*, pro *clypeum*, et *arcum*, 2. *Chron.* 14, 7. מְחַכִּימַת פֶּתִי *reflituens animae*, מְשִׁיבַת נָפֶשׁ *erudiens fatui*, מְשַׂמְּחֵי לֵב *exhilarantes cordis*, מְאִירַת עֵינַיִם *illuminans oculorum*, *Ps.* 19, 8. 9.

א Ita et Participia Verborum, quae (*Reg. Synt.* 70.) nomen obiecti, per omissum *quoad*, in accusatiuo assumunt, hunc accusatiuum saepe in genitiuum con-

uertunt; vt אֹבֵד עֵצוֹת *periens consiliorum*, i. e. quoad consilia, *Deut.* 32, 28. נְשׂוּי פֶּשַׁע כְּסוּי חַטָּאָה *leuatus criminis, tectus peccati*, i. e. quoad crimen, quoad peccatum, s. is, cuius crimen condonatum, cuius peccatum tectum est, *Ps.* 32, 1. נְכֵה רַגְלַיִם *percussus pedum*, 2. *Sam.* 4, 4. קְרֻעֵי בְגָדִים *lacerati vestium*, 2. *Sam.* 13, 31. מְלֻמְּדֵי מִלְחָמָה *edocti belli*, *Cant.* 3, 8. חֲסַר לֵב *egens cordis*, *Prou.* 6, 32.

ב Similis ratio est constructionis Participiorum cum pronomine adfixo; vt דֹּרְשֶׁיךָ *quaerentes tui*, i. e. qui quaerunt te, *Ps.* 9, 11. מַכֵּהוּ *percutiens eius*, i. e. qui percutit eum, *Ies.* 10, 20.

β. plurima Participia Verborum intransitiuorum, nec non passiua, nomen, quod sibi ope praepositionis iungere deberent, hac omissa vertunt in genitiuum, et ipsa in regimine ponuntur; vt יֹצְאֵי תֵּבָה *egressi arcae*, pro *ex arca*, *Gen.* 9, 10. מֻכֵּה אֱלֹהִים *percussus Dei*, pro *a Deo*, *Ies.* 53, 4. שְׁאֵי נֶפֶשׁ דָּוִד *exosi animi Dauidis*, pro לְנֶפֶשׁ *animo*, 2. *Sam.* 5, 8. חוֹלַת אַהֲבָה *aegrotans amoris*, pro *prae amore*, *Cant.* 2, 5. חֲגוּרַת שָׂק *accincta sacci*, pro בְּשָׂק *Ioël.* 1, 8. שְׁבִיוֹת חָרֶב *abreptae gladii*, pro בְּחָרֶב *gladio*, *Gen.* 31, 26. שֹׁכְבֵי קֶבֶר *cubantes sepulcri*, pro *in sepulcro*, *Ps.* 88, 6. בָּאֵי שַׁעַר עִירוֹ *intrantes portae vrbis eius*, pro *in portam*, *Gen.* 23, 10. בָּאֵי מוֹעֵד *venientes festi*, pro *ad festum*, *Thren.* 1, 4. יוֹרְדֵי בוֹר *descendentes foueae*, pro *ad foueam*, *Ies.* 38, 18.

Tali modo etiam construuntur accedente adfixo pronomine; vt בָּאֶיהָ *venientes eius*, pro *ad eam*, *Prou.* 2, 19. מְבֹרָכָיו *benedicti eius*, et מְקֻלָּלָיו *maledicti eius*, pro *ab eo*, *Ps.* 37, 22. קֹרְאֶיהָ *inuitati eius*, pro *ab ea*, *Prou.* 9, 18.

SECTIO

# SECTIO IV.

## *DE SYNTAXI PARTICVLARVM.*

R. 93. Particulae separatae cum fere omnes origine et proprietate sua sint Nomina, mirum non est, interdum eas vim et significationem propriam seruare, atque planissime sequi Nominum constructionem. Ita עוֹד, vulgo *adhuc*, *iterum*, *amplius*, proprie notans *iterationem*, *durationem*, et hinc *vim* atque *vigorem*, quo quid *perdurat*, vt nomen vsurpatur in כָּל־עוֹד נִפְשִׁי בִי *omnis vigor animi mei* est *in me*, 2. *Sam.* 1, 9. *Iob.* 27, 3. Item רַק, vulgo *tantum*, *tantummodo*, proprie significans *tenuitatem*, seruat vim nominis in רַק בְּזָרוֹן יִתֵּן מַצָּה *tenuitas*, i. e. pauculum, *cum proteruia dabit rixam*, *Prou.* 13, 10. et, alio vsu, in לְעֵת מְצֹא רַק *ad tempus inueniendi tenuitatem*, i. e. teneritudinem, s. teneram clementiam, *Ps.* 32, 6. Similiter פִּתְאֹם, vulgo *repente*, *subito*, proprie denotans *laxitatem* s. *laxum impetum*, manet Nomen in פַּחַד פִּתְאֹם *pauor laxitatis*, i. e. laxo impetu irruens, *Iob.* 22, 10. *Prou.* 3, 25. Desino in גַּם, vulgo *etiam*, quod, proprie dicens *fluxum*, *adfluxum*, quo quid noua accessione augetur, vt Nomen, quo *fluxus* ad *celerem cursum* transfertur, occurrit *Prou.* 19, 2.

1. Speciatim de particulis negandi obseruandum est, eas saepe sumi et construi vt Nomina substantiua. Sic לֹא *non*, quod proprie Nomen est, descendens a לוּא *flexit*, *flectendo vertit in partem oppositam*, ei hinc *in fitia-*

*fitiatus est*, *negauit*, vsu substantiuo, quo, per metonymiam, significat *nihil*, frequenter occurrit; vt לֹא הֱיִיתֶם *facti estis nihil*, *Iob.* 6, 21. לֹא חָפַצְתִּי *nihil desidero*, *Ps.* 73, 25. לֹא יִתְבּוֹנָן *nihil*, s. id, quod nihili est, *intelligit*, *Iob.* 11, 11. Simili ratione בְּלִי *nequaquam*, proprie notans *abolitionem*, qua res absumta deficit, a בָּלָה *triuit*, *terendo absumsit*, vim substantiuam habet in שַׁחַת בְּלִי *fouea abolitionis*, i. e. orcus, *Ies.* 38, 17. et vicinum בַּל, quod eiusdem est originis et significationis, per metonymiam valet *nihil*, *rem* quasi *abolitam* et *absumtam*, in בַּל עָלֶיךָ *nihil* est *contra te*, *Ps.* 16, 2.

R. 94. a. Aduerbia pleraque cum Verbis construuntur, ita vt proprie sint Nomina in statu absoluto, et in casu obliquo, posita. Casus hic obliquus vel absolute vsurpatur, vel regitur ab aliqua praepositione.

*α*. Aduerbia simplicia, non composita cum praepositione, stant in casu obliquo absolute vsurpato, vt is modum, quo aliquid est vel fit, significet, plane vt multa Latinorum Nomina vel in accusatiuo, vel in ablatiuo, absolute posito, vsum aduerbialem acceperunt; vt אֱמֶת *firmitate*, i. e. *firmiter*, *certe*; רִיקָם *inanitate*, i. e. *inaniter*; חֲרֵשׁ *silentio*, i. e *tacite*; רַק *tenuitate*, i. e. *tantummodo*; מָתַי *extensione*, scil. temporis, i. e. *quando?* עַתָּה *tempore hoc*, i. e. *nunc*; etc.

Casum hunc obliquum, qui, absolute positus, describendo rei modo inseruit, nostro cum accusatiuo proxime conuenire, ex dialecto Arabica, quae Nominum casus ipsa terminatione distinguit, clarius apparet.

*β*. Ad-

β. Aduerbia compoſita ſibi praemiſſas habent praepoſitiones tales, quae, modum rei deſignantes, Nominibus vim tribuant aduerbialem; vt בְּמְהֵרָה *in feſtinatione*, i. e. *feſtinanter*; בְּיוֹמָם *in die*, i. e. *interdiu*; לָבַד *ad ſeparationem*, i. e. *ſeorſim*, vel *tantummodo*; לָבֶטַח *ad ſecuritatem*, i. e. *ſecure*; אֶל־חִנָּם *ad gratiam*, i. e. *gratis*; עַל יֶתֶר *ſecundum abundantiam*, i. e. *abundanter*.

γ. Per talem compoſitionem cum praepoſitionibus omnia ſubſtantiua, quae ſignificationem abſtractam habent, vſum aduerbialem obtinere poſſunt; vt בְּחָזְקָה *in violentia*, i. e. *violenter*; בְּחָכְמָה *in ſapientia*, i. e. *ſapienter*; לָצֶדֶק *ad iuſtitiam*, i. e. *iuſte*; לְמִשְׁפָּט *ad aequitatem*, i. e. *aeque*.

δ. Adiectiua, et participia, vtriusque, praeſertim feminini, generis, quae, per ellipſin, vſum ſubſtantiuum nacta ſunt, vel abſolute et neutraliter ſumuntur, per eandem compoſitionem accipere poſſunt vim aduerbialem; vt בְּתָמִים *in integro*, i. e. *integre*; בָּרִאשׁוֹנָה *in primo*, et לָרִאשׁוֹנָה *ad primum*, i. e. *primo*, vel *antea*, *olim*; עַל נְקֵלָה *ſecundum leue*, i. e. *leuiter*.

ε. Multa aduerbia modo cum praepoſitione, modo ſine ea, vſurpantur, eadem manente ſignificatione; vt בְּמֵאֹד *in niſu*, et מְאֹד *niſu*, i. e. *valde*; בְּקֶרִי *in occurſu*, ſcil. hoſtili, et קֶרִי *occurſu*, i. e. *hoſtiliter*. Sic בְּיוֹמָם et יוֹמָם *interdiu*; לָבֶטַח et בֶּטַח *ſecure*; עַל יֶתֶר et יֶתֶר *abundanter*; בָּרִאשׁוֹנָה et רִאשׁוֹנָה *primo*.

ζ. Nomina pluralia, vel cum praepoſitione,

vel in casu obliquo absolute vsurpata, ita induere possunt vsum aduerbialem, vt significationem intendant, et gradum quasi superlatiuum in aduerbiis efficiant; vt *iudicabit populos* בְּמֵישָׁרִים *in aequitatibus*, i. e. *aequissime*, *Ps.* 9, 9. quod et, sine praepositione, מֵישָׁרִים *aequitatibus*, *Ps.* 58, 2. Sic וַתֵּרֶד פְּלָאִים *et deiecta est miraculis*, i. e. *valde mirabiliter*, *Thren.* 1, 9 נוֹרָאוֹת נִפְלֵיתִי *tremendis separatus sum*, i. e. *modo valde tremendo*, *Ps.* 139, 14. נִכְבָּדוֹת מְדֻבָּר בָּךְ *honoratis dictum est de te*, i. e. *admodum honorifice*, *Ps.* 87, 3.

*γ.* Aduerbia, quae proprie sunt Pronomina, etiam ipsa vel praemissam habent praepositionem, vel, tanquam in casu obliquo, absolute ponuntur, iisque saepe subest alicuius Nominis ellipsis; vt בָּזֶה *in hoc* loco, i. e. *hic*; בָּזֹה, בָּזֹאת, et כָּזֹאת, *secundum hoc*, i. e. *sic*; לָמָּה, vel לָמָּה, *ad quid?* i. e. *quare?* בַּאֲשֶׁר *in* loco *quo*, vel *in* tempore *quo*, et, sine ב, אֲשֶׁר *quo*, scil. loco, vel tempore, i. e. *vbi*, *quum*, *quando*; מָה *quo?* i. e. *quam! o quam!*

b. *α.* Quaedam aduerbia iunguntur etiam Nominibus, vel Pronominibus separatis, eadem ratione, qua Verbis; vt טוֹב מְאֹד *bonus nisu*, i. e. *bonus valde*, *optimus*; מַה־נָּעִים *quo suaue?* i. e. *o quam suaue!* רַק אֲנִי *tenuitate ego*, i. e. *tantum ego*.

*β.* Aduerbium negandi לֹא *non*, adiectiuis ita praemitti potest, vt iis addat significationem priuatiuam, aut contrariam; vt עַם לֹא־עָז *populus non-validus*, i. e. inualidus, *Prou* 30, 25. לֹא־כֵן עָשׂוּ *non-rectum fecerunt*, i. e. prauum et peruersum, *Ier.* 48, 30. חֻקִּים לֹא טוֹבִים *statuta non bona*, i. e. mala, noxia, *Ezech.* 20, 25.

*γ.* Ea-

γ. Eadem vocula לֹא cum substantiuis in vnam quasi vocem coalescere potest, ad significandum id, quod a re prorsus diuersum, eique oppositum est; vt תֹּהוּ לֹא־דֶרֶךְ *vastitas non-via*, i. e. plane inuia, *Ps.* 107, 40. לֹא־אוֹר *non-lux*, i. e. merae tenebrae, *Amos.* 5, 40. לוֹ לֹא־שֵׁם *non-nomen ei* erit, i. e. infamia publica, *Iob.* 18, 17. *cadet Assur gladio* לֹא־אִישׁ *non-viri, et gladius* לֹא־אָדָם *non-hominis vorabit eum*, i. e. eius, qui plane alius est, quam vir et homo, *Is.* 31, 8.

Tali modo coalescens לֹא cum Nomine sequente potest sibi iungere praepositiones, quae ex addito Verbo pendeant; vt אֹמַרְתִּי לְלֹא־עַמִּי *dicam non-populo meo*, *Hos.* 2, 25. הַשְּׂמֵחִים לְלֹא דָבָר *qui laetantur de non-re*, *Amos.* 6, 13. *iurant* בְּלֹא אֱלֹהִים *per non-numen*, *Ier.* 5, 7. *quare morieris* בְּלֹא עִתֶּךָ *in non-tempore tuo? Eccles.* 7, 17.

c. Quaedam aduerbia inter se, veluti per appositionem, coniunguntur; vt הַרְבֵּה מְאֹד *multum valde*; עַתָּה מְהֵרָה *nunc celeriter*; etc.

R. 95. Quaedam particulae, quae, quia in Latino sermone per aduerbia exprimuntur, aduerbiis accenseri solent, ab ordinaria construendi norma deflectunt. Non enim, more aliorum aduerbiorum, in statu absoluto Verbis iunguntur, sed, in regimine positae, solis Nominibus praemittuntur, vel, horum loco, pronomina adfixa, in genitiuo reddenda, assumunt, adeoque, ipsa sua constructione, manent nomina. Tales sunt,

a. particulae quaedam, quae, non in casu obliquo, sed in recto, collocatae, ipsum sententiae

ſubiectum conſtituunt, Verbo ſubſtantiuo, quod ad ſenſum complendum requiritur, omiſſo; vt אַי, in regimine אֵי, cum ה paragog. אַיֵּה, *vbi?* Nomen eſt, notans *flexum*, quo quis *tendit* ad rem, eam deſiderans et quaerens. Vnde, cum interrogatione, dictum eſt e. c. אֵי אָחִיךָ *flexus fratris tui?* ſcil. eſt; i. e. eſt mihi fratris tui deſiderium, eum quaero, ad eum me flectens tendo; id nobis valet: *vbi eſt frater tuus?* Sic אֵיוֹ *flexus eius?* i. e. *vbi eſt ille?* etc.

α. Eadem ratione conſtruuntur אַיִן, in regimine אֵין, vulgo *non* eſt, eiusque oppoſitum יֵשׁ, quod loco Verbi ſubſtantiui vſurpatur. Prius proprie *vacuitatem*, et hinc *defectum*, quo res vel non exiſtit, vel non adeſt; poſterius, e contrario, *ſoliditatem*, ſ. *ſubſtantiam ſolidam* atque *durabilem*, et hinc *exiſtentiam*, qua res eſſe perſeuerat, vel praeſens adeſt, ſignificat. Sic אֵין מוֹשִׁיעַ *defectus ſeruantis*, ſcil. eſt, i. e. non eſt ſeruans, vel nemo adeſt, qui ſeruet, *Deut.* 22, 27. לְחַנָּה אֵין יְלָדִים *Channae defectus liberorum*, ſcil. fuit, i. e., nulli fuerunt liberi, 1. *Sam.* 1, 2. אֵינֶנִּי שֹׁמֵעַ *defectus mei audientis*, ſcil. erit, i. e. non ego ero audiens, *Ier.* 14, 12. Item יֵשׁ אָדָם *ſoliditas hominis*, ſcil. eſt, i. e. exiſtit homo, *Eccleſ.* 2, 21. יֵשׁ צַדִּיקִים *ſoliditas iuſtorum*, i. e. exiſtunt iuſti, *Eccleſ.* 8, 14. אִם יֶשְׁנוֹ בָאָרֶץ *ſi ſoliditas eius in hac regione*, i. e. ſi praeſens adſit, 1. *Sam.* 23, 23.

Poſſunt tamen etiam אַיִן et יֵשׁ in ſtatu abſoluto alii Nomini ſubiungi per appoſitionem; vt מַיִם אַיִן *aqua, defectus*, i. e. nulla adeſt, *Num.* 20, 5. יֵשׁ מִסְפּוֹא *pabulum, ſoliditas*, i. e. adeſt, datur, *Iud.* 19, 19.

β. Cum

β. Cum אַיִן significatione et constructione fere conuenit אֶפֶס, alia negandi particula, proprie notans *exspirationem*, qua quid finitur, aut prorsus deficit; vt *tantum in te Deus* est, וְאֵין עוֹד *et defectus iterationis* est, (i. e. nullus, praeter ipsum, alius existit) אֶפֶס אֱלֹהִים *exspiratio numinum* est, i. e. numina alia non existunt, sed prorsus deficiunt, *Ies.* 45, 14. אֲנִי וְאֶפְסִי עוֹד (cum Jod paragog. pro אֶפֶס עוֹד, vt modo אֵין עוֹד) *ego* sum, *et exspiratio iterationis* est, i. e. tale, quod mihi par sit, non est aliud, sed prorsus deficit, *Zeph.* 2, 15.

γ. Eadem constructio reperitur etiam in עוֹד *iterum*, *adhuc*, proprie, vt ante iam dictum est, *iteratio*, *duratio*, nec non in הֵן *ecce*, quando ea cum adfixis pronominibus coniunguntur; vt עוֹדְךָ מַחֲזִיק *duratio tui retinentis* est, i. e. adhuc tu retines, *Iob.* 2, 9. אַבְרָהָם עוֹדֶנּוּ עֹמֵד *Abrahamus, duratio eius stantis* fuit, i. e. adhuc ille stetit, *Gen.* 18, 22. הִנֵּהוּ עֹשֶׂה q. d. *ecce eius facientis* est, i. e. ecce ille facit, *Ier.* 18, 3.

δ. Ipsa etiam particula inseparabilis מִ, quae vulgo praepositio est, sed, pro sua proprietate, qua separata מִן est a מָנַן *secuit*, *excidit*, *amouit*, ante Nomina talem saepe vim negandi habet, vt rei *excisionem*, *amotionem*, atque *cessationem*, significet, in casu recto poni, et sententiae subiectum constituere, potest; vt *inter omnes sapientes gentium*, *et inter omnes regnantes earum*, מֵאֵין כָּמוֹךָ proprie, *excisio defectus secundum instar tui* est, i. e. prorsus nemo tui similis est, *Ier.* 10, 7.

Saepius tamen מִ, hoc vsu negandi, non in casu recto, sed, more praepositionum, in obliquo, absolute vsur-

vſurpato, collocatur; vt *ſatiatus es ignominia*, מִכָּבוֹד *amotione honoris*, i. e. vt non ſit honor, vel, demto honore, *Hab.* 2, 16. *exaruit anima mea*, מִשָּׁלוֹם *amotione incolumitatis*, i. e. vt nulla ſit incolumitas, *Thren.* 3, 17.

b. Aliquae particulae, per noſtra aduerbia reddendae, ita in regimine ponuntur, vt ſimul praemiſſam ſibi habeant praepoſitionem. Tales e. c. ſunt negandi particulae, בְּלִי, proprie *abolitio*, et בְּלִתִּי, a בֶּלֶת, proprie *reſectio*, *ſeparatio*, *amotio*, cum Nominibus, etiam Infinitiuis, conſtructae; vt עַד בְּלִי יָרֵחַ *vsque ad abolitionem lunae*, i. e. donec non ſit luna, *Pſ.* 72, 7. עַד בְּלִתִּי שָׁמַיִם *vsque ad amotionem caelorum* i. e. donec caeli non erunt, *Iob.* 14, 12. מִבְּלִי הַשְׁאִיר לוֹ כֹל *ex abolitione relinquendi ei omne*, i. e. vt non relinquat ei quidquam, *Deut.* 28, 55. לְבִלְתִּי שׁוּב *ad amotionem reuertendi*, i. e. vt non reuertatur, *Ezech.* 13, 22. מִבִּלְתִּי יְכֹלֶת *ex remotione potentiae*, i. e. eo quod non poſſet, *Num.* 14, 16.

α Eandem conſtructionem admittunt עוֹד, et אֵין, de quibus antea iam dictum, et טֶרֶם, proprie *abſciſſio*, particula negandi notionem temporis includens, et valens *nondum*: vt בְּעוֹד יוֹמָם *in duratione diei*, i. e. dum adhuc dies eſt, *Ier.* 15, 9. מֵאֵין מַיִם *ex defectu aquae*, i. e. eo quod non ſit aqua, *Ieſ.* 50, 2. בְּטֶרֶם קֵץ *in abſciſſione aeſtatis*, i. e. quum aeſtas nondum adeſt, *Ieſ.* 28, 4.

β Similis ratio eſt aduerbiorum, quae, cum praepoſitione conſtructa, ſimul etiam pronomen adfixum aſſumunt;

sumunt; vt בְּעוֹדִי *in duratione mei*, i. e. dum ero, s. durabo, *Ps.* 146, 2. מֵעוֹדִי *a duratione mei*, i. e. a quo tempore exstiti, *Gen.* 48, 15. Sic a מְאֹד *nisu*, i. e. *valde*, est בְּכָל־מְאֹדֶךָ *in omni nisu tuo*, i. e. omni virium tuarum intentione, *Deut.* 6, 5. 2. *Reg.* 23, 25. et a לְבַד *ad separationem*, i. e. *seorsim*, est אָנֹכִי לְבַדִּי *ego, ad separationem mei*, i. e. ego seorsim, vel ego solus, *Num.* 11, 14. *reges*, לְבַדָּם *ad separationem ipsorum*, i. e. soli, 1. *Chron.* 19, 9.

γ. Obseruandum adhuc, aliquas huius generis particulas, quae cum Nominibus per regimen iunguntur, elliptica ratione etiam cum Verbis finitis construi posse, vt שְׁמוּאֵל טֶרֶם יָדַע אֶת־יְהוָה proprie *Samuel*, s. quod ad Samuelem attinet, *abscissio* fuit eius rei, vt *nosset Iehouam*, i. e. nondum nouerat, וְטֶרֶם יִגָּלֶה *et abscissio* fuit eius rei, vt *reuelaretur ei sermo Iehouae*, i. e. nondum reuelatus erat, 1. *Sam.* 3, 7. בְּטֶרֶם הָרִים יֻלָּדוּ *in abscissione* eius rei, vt *montes nati essent*, i. e. cum nondum essent nati, *Psalm.* 90, 2. בְּטֶרֶם אֶצָּרְךָ *in abscissione* eius rei, vt *formarem te*, i. e. cum nondum formassem te, *Ier.* 1, 5. et, ב omissa, טֶרֶם אֵעֵנֶה *abscissione* eius rei, vt *adfligerer*, i. e. cum nondum adfligerer, *Ps.* 119, 67.

Eadem constructio est in לְבִלְתִּי שָׁבוּ *ad amotionem* eius rei, vt *reuersi fuerint*, i. e. vt non reuersi fuerint, *Ier.* 23, 14. לְבִלְתִּי תֶּחֱטְאוּ *ad amotionem* eius rei vt *peccetis*, i. e. vt non peccetis, *Exod.* 20, 17.

R. 96. Plurima aduerbia cum praepositionibus ita construuntur, vt eorum significatio quodammodo immutetur et inflectatur; vt a שָׁם *ibi*, est מִשָּׁם *inde*; a סָבִיב *circum*, מִסָּבִיב *vndique*; a מֵהֵי

מָתַי *quando?* עַד מָתַי *quamdiu?* a חוּץ *foris*, לַחוּץ *foras*, et מִחוּץ *extrinsecus;* a כֵּן *sic*, כֵּן אַחַר, vel אַחֲרֵי־כֵן, *post sic*, i. e. *postea*, etc.

R. 97. Duae particulae negandi interdum coniunguntur, ad efficiendam negationem fortiorem; vt הֲמִבְּלִי אֵין קְבָרִים proprie, *an propter abolitionem defectus sepulcrorum?* i. e. an ideo quod plane nulla essent sepulcra? *Exod.* 14, 11. vbi *abolitio defectus* est abolitio perfecta et absoluta, qua res prorsus deficiat. Sic מֵאֵין כָּמוֹךָ *excisio defectus secundum instar tui*, i. e. plane nemo tui similis est, *Ier.* 10, 6. 7. *Noph cremabitur*, מֵאֵין יוֹשֵׁב *excisione defectus incolae*, i. e. vt plane nullus sit incola, *Ier.* 46, 19. Item בְּטֶרֶם לֹא יָבוֹא *in abscissione* eius rei, vt *non veniat*, i. e. cum profecto nondum veniat, *Zeph.* 2, 2.

R. 98. Particulae negandi cum voce כֹּל *complexus*, *vniuersitas*, et hinc *omnis*, *totus*, ita construi solent, vt negatio, non in ipsam hanc vocem, sed in Verbum expressum vel omissum, cadens, sit vniuersalis, adeoque לֹא כֹל *non omnis*, vel כֹּל לֹא *omnis non*, significet *nullum*, *neminem*, vel *nihil;* vt לֹא יֵשֵׁב בָּהֵן כָּל־אִישׁ *non habitabit in illis omnis vir*, i. e. nullus vir habitabit, *Ier.* 51, 43. לֹא טָעַם כָּל־הָעָם לֶחֶם *non gustauit totus populus cibum*, i. e. nemo totius populi gustauit, 1. *Sam.* 14, 24. לְבִלְתִּי הַכּוֹת אֹתוֹ כָּל־מֹצְאוֹ *vt non caederet eum omnis inueniens eum*, i. e. nemo, qui inueniret, caederet, *Gen* 4, 15. כָּל־רוּחַ אֵין בְּקִרְבּוֹ *omnis spiritus non* est *in medio eius*, i. e. nullus spiritus est, *Hab.* 2, 19. לָרָשׁ אֵין כֹּל *pauperi non* fuit *omne*, i. e.

i. e. nihil fuit, 2. *Sam.* 12, 3. אַל־תֹּאכְלִי כָל־טָמֵא *ne comedas omne immundum*, i. e. nihil immundi comedas, *Iud.* 13, 4 לֹא בְמוֹתוֹ יִקַּח הַכֹּל *non in morte ſua auferet omne*, i. e nihil auferet, *Pſ.* 49, 18. עַל כָּל־אָח אַל תִּבְטָחוּ *omni fratri ne fidatis*, i. e. nulli fidatis, *Ier.* 9, 3.

Quodſi negatio in vocem כֹּל cadat, quod rarius fit, particularis eſt; vt כֻּלּוֹ לֹא תִרְאֶה *totum illum non videbis*, i. e. non totum, ſed partem eius, videbis, *Num.* 23, 13.

R. 99. a. Praepoſitiones ſeparatae, ſi ſint ſimplices, non compoſitae cum praepoſitionibus aliis, cum aduerbiis ſimplicibus in eo conueniunt, quod proprie ſint Nomina in caſu obliquo abſolute poſita; ſed ab ordinaria aduerbiorum conſtructione in eo diſcedunt, quod collocentur in regimine, adeoque regant Nomen in genitiuo ſumendum, ſecundum *Reg.* 147, 2. vt עַד הַנָּהָר *vsque ad fluuium*, propr. *tranſitu fluuii*; עֲלֵי רֹאשִׁי *ſupra caput meum*, propr. *ſuperioritatibus capitis mei.*

Pronomina adfixa ſi aſſumant, ea quoque in genitiuo accipienda ſunt; vt זוּלָתִי *praeter me*, propr. *laxatione mei.*

b. Praepoſitiones ſeparatae, quae formatae ſunt per compoſitionem cum aliqua praepoſitione, ſe habent inſtar Nominum, quorum caſus obliquus a praepoſitione regitur; vt בַּעֲבוּר הָאָדָם *propter hominem*, proprie, *per cauſam hominis*; לְמַעְלָה רֹאשׁ *ſupra caput*, propr. *ad locum ſuperiorem capitis*; עַל אוֹדוֹתַי *de me*, propr. *ſuper negotiis mei.*

c. Par-

c. Particulae tam simplices, quam compositae, quae in statu absoluto sunt aduerbia, vsum praepositionum obtinent, quando in regimine collocantur, vel pronomina adfixa assumunt; vt aduerbium אַחַר *post*, *postea*, fit praepositio in אַחַר הַמַּבּוּל *post diluuium*, q. d. *subsequutione diluuii*; לְפָנִים *ante*, *antea*, fit praepositio in לִפְנֵי הַמֶּלֶךְ *ante regem*, et in לְפָנַי *ante me*, propr. *ad faciem regis*, *ad faciem mei*.

d. Quaedam praepositiones modo vsurpantur simplices, modo formantur per compositionem cum tali praepositione, quae modo rei exprimendo inseruiat, manente eadem significatione; vt נֶגֶד עֵינֶיךָ proprie *eminentia oculorum tuorum*, et לְנֶגֶד עֵינֶיךָ *ad eminentiam oculorum tuorum*, i. e. *coram oculis tuis*; לֹא בָנִים propr. *defectu filiorum*, et בְּלֹא בָנִים *in defectu filiorum*, i. e. *sine filiis*; תַּחַת יָדִי propr. *stratione* (vt ita dicam) *manus meae*, et אֶל־תַּחַת יָדִי *ad strationem manus meae*, i. e. *sub manu mea*.

R. 100. a. Praepositiones separatae et simplices more Nominum sibi praemittere possunt praepositiones alias, ita vt prior posteriorem regat, et, vtraque suam vim exserente, significatio composita oriatur, quae alia lingua vix possit satis accurate exprimi. Sic illae construuntur,

α. cum praepositionibus inseparabilibus, ב, ל, מ; vt בְּבֵין חָצִיר *in inter gramen*, q. d. *in medio graminis*; לִנְכֹחַ הַצֹּאן *ad coram grege*, q. d. *ad punctionem gregis*; מֵעִם אִישׁ *a cum viro*, q. d. *a com-*

*communione viri;* מִמּוּל פָּנָיו *ab aduerſus faciem eius*, q. d. *ab oppoſito faciei eius.*

β. cum praepoſitionibus ſeparatis; vt אֶל־ נֹכַח פָּנָיו *ad coram facie eius*, q. d *ad punctionem faciei eius;* אֶל־אַחֲרֵיהֶם *ad poſt eos*, q. d. *ad ſubſequutiones eorum.*

b. Diuerſae praepoſitiones ſaepe ita coniunguntur, vt ad priorem ſubſit Nominis recti ellipſis; vt בְּעֵבֶר הַיַּרְדֵּן *in trans Iordanem*, pro *in* regione, quae eſt *trans Iordanem;* לְמִן הַיּוֹם *ad ab illo die*, pro *ad* tempus, quod fuit *ab illo die*, h. e. *inde ab illo die;* אֶל־תַּחַת גֶּפֶן *ad ſub vite*, pro *ad* locum, qui eſt *ſub vite;* יָצָא אֶל־מִנֶּגֶב *egreſſus eſt ad a meridie*, pro *ad* regionem, quae eſt *a meridie.*

R. 101. Plurimae praepoſitiones Nomini, quod regunt, interdum non proxime et immediate iunguntur, ſed intercedente particula alia, praeſertim inſeparabili, ל, aut מ; vbi itaque, ſi proprietatem ſpectemus, potius vſum habent aduerbiorum, quam praepoſitionum; vt תַּחַת לְרֹאשִׁי *ſub capite meo*, proprie *infra*, relate *ad caput meum*, *Cant.* 2, 6. חוּצָה לָעִיר *extra vrbem*, propr. *foras*, relate *ad vrbem*, 2. *Chron.* 33, 15. אֶל־מִבֵּית לַפָּרֹכֶת *intra velum*, propr. *ad* locum qui eſt *a parte interiore*, relate *ad velum*, *Leu.* 16, 15. לְמַעַן לָמוּג *propter iactari*, propr. *ad reſponſum ad iactari*, *Ezech.* 21, 15. לְבַד מִטַּף *praeter paruulos*, propr. *ſeorſim a paruulis*, *Exod.* 12, 37. חוּץ מִמֶּנִּי *vltra me*, propr. *extra a me*, *Eccleſ.* 2, 25. לְמַטָּה מֵעֲוֹנֵנוּ *infra iniquitatem noſtram*, propr. *deorſum ab iniquitate noſtra*, *Eſr.* 9, 13. בָּא עַד־אֲלֵיהֶם *venit vsque ad eos*, proprie *tranſitu ad eos*, 2. *Reg.* 9, 20.

a. Huc refer עַד לְמָאוֹ, propr. *transitu ad nisum*, i. e. *quam maxime*, 2. *Chron.* 16, 14. עַד לְמַעְלָה *transitu ad superius*, i. e. *summopere*, 2. *Chron.* 17, 12. עַד לְאֵין מַרְפֵּא *transitu ad defectum sanationis*, i. e. *adeo vt nulla esset sanatio*, 2. *Chron.* 36, 16. etc.

b. Peculiare quid habet praepositio בֵּין *inter*, quae, quando, semel posita, se refert ad duo obiecta diuersa et sibi inuicem opposita, prius Nomen in genitiuo regit, posterius ope particulae ל priori opponit; vt בֵּין מַיִם לָמָיִם *inter aquas et aquas*, propr. *inter aquas* relatas *ad aquas*, scil. alias, et oppositas, *Gen.* 1, 6. בֵּין דִּין לְדִין *inter litem et litem*, propr. *inter litem* relatam *ad litem*, scil. aliam, *Deut.* 17, 8.

Sed si בֵּין ad posterius Nomen repetatur, ordinaria constructio locum habet; vt בֵּין הָאוֹר וּבֵין הַחֹשֶׁךְ *inter lucem et inter tenebras*, *Gen.* 1, 4.

R. 102. a Coniunctiones separatae pleraeque sua proprietate cum aduerbiis conueniunt, neque constructione ab iis differunt, nisi quod membris orationis, quibus inter se coniungendis inseruiunt, semper praemittantur.

Talis indolis sunt cum simplices; vt אַף, et גַּם, *etiam*; אוֹ *aut*; אִם *si*, *an?* לוּ *si*, *vtinam*; כִּי *quia*, *quod*, *nam*, *sed*; etc. tum compositae, velut per appositionem, cum aduerbiis, aut coniunctionibus aliis; vt לוּלֵא, vel לוּלֵי, *nisi*; רַק אִם *tantum si*, *si modo*; כִּי אִם *quia si*, *sed si*; *sed sane*; גַּם אִם, et גַּם כִּי, *etiamsi*; אַף כִּי *etiam quod*, et hinc *quanto magis*, vel *quanto minus*; etc.

Quae-

Quaedam, more Nominum, quem et multa aduerbia sequuntur, sibi praemittunt praepositiones; vt עַל כִּי, et יַעַן כִּי, *propter quod*, i. e. *eo quod*, *quia*; תַּחַת כִּי, et עֵקֶב כִּי, *pro* eo *quod*; עַד אִם *usque ad si*, i. e. *vsque dum*; vel, per talem compositionem, ex aduerbiis fiunt coniunctiones; vt לָכֵן, vel עַל כֵּן, *propter sic*, i. e. *propterea*, *ideo*.

Ita et coniunctiones componi possunt cum quibusdam particulis, quae (*Synt. Reg.* 95.) vsu aduerbiali in regimine collocantur; vt בִּלְתִּי אִם propr. *remotione* eius rei *si*, i. e. *nisi*; אֶפֶס כִּי propr. *exspiratione* eius rei *quod*, i. e. *nisi quod*.

b. Quaedam coniunctiones, quales sunt copulatiuae, disiunctiuae, aduersatiuae, non tantum maiora, sed et minora, orationis membra, quae per se sensum non absoluunt, coniungere possunt; vt *adduxit* גַּם הוּא *etiam ipse*; כֶּסֶף אוֹ זָהָב *argentum aut aurum*; כָּלָה אַף נִבְהָלָה *consummatio*, *sed praecipitata*.

Aliae autem, quales sunt conditionales, causales, conclusiuae, non nisi integra orationis membra connectunt, atque ideo cum Verbis finitis proxime construuntur; vt לוּלֵא דִּבַּרְתָּ *nisi loquutus esses*; יַעַן כִּי נִגַּשׁ הָעָם הַזֶּה *quia appropinquauit populus hic*; עַל־כֵּן אוֹחִיל לוֹ *propterea exspectabo ipsum*.

Frequens tamen est Verbi finiti ellipsis; vt *noui*, כִּי כֵן *quod sic*, scil. res se habeat; אִם אַיִן *si vacuitas* est, i. e. *si* res talis *non* est, *sin minus*; etc.

c. Quaedam, per indolem suae significationis, solo cum Futuro construi possunt; vt אַל תַּעֲמֹד *ne subsistas*; *caue tibi*, פֶּן תִּשְׁכַּח *ne obliuiscaris*.

Sed פֶּן, si sit metuentis malum, etiam cum Praeterito construi potest; vt פֶּן מָצָא metuo, *ne inuenerit*, 2. *Sam.* 20, 6. Sic 2. *Reg.* 2, 16.

R. 103. a. Vsum coniunctionis relatiuae habet pronomen relatiuum אֲשֶׁר, vel שׁ inseparabile, absolute, et sine praepositione, vsurpatum, ita vt, si cum Praeterito construatur, causam rei factae exponat, valens *quia*, *eo quod*, *quandoquidem*; sin autem Futuro iungatur, finem, qui intenditur, aut euentum consequentem, indicet, notans *quo*, *vt*, *ita vt*; vt חָמַל הָעָם אֲשֶׁר *quia pepercit populus*, 1. *Sam.* 15, 15. יִיטַב לָךְ אֲשֶׁר *vt bene sit tibi*, *Deut.* 4, 40.

b. Eodem vsu אֲשֶׁר etiam cum praepositionibus quibusdam construitur; vt בַּאֲשֶׁר *per id quod*; עַל אֲשֶׁר *propter id quod*; יַעַן אֲשֶׁר *responsione eius quod*, et לְמַעַן אֲשֶׁר *ad responsionem eius quod*, i. e. *propter id quod*; מִפְּנֵי אֲשֶׁר *ex respectu eius quod*; עַל דְּבַר אֲשֶׁר *propter causam eius quod*; (quod et עַל דִּבְרַת שׁ *Eccles.* 7, 14.) בְּעֲבוּר אֲשֶׁר *per causam eius quod*; תַּחַת אֲשֶׁר *pro eo quod*; עֵקֶב אֲשֶׁר *mercede eius quod*; etc. quae item, cum Praeterito constructa, valent coniunctiones causales, sed Futuro iuncta, finales; vt יַעַן אֲשֶׁר עָבְרוּ *propter id quod*, i. e. *quia*, *quandoquidem*, *transgressi sunt*, *Iud.* 2, 20. לְמַעַן אֲשֶׁר יֵדְעוּ *propter id quod*, i. e. *eum in finem*, *vt cognoscant*, *Ezech* 20, 26.

Similis compositio est in כַּאֲשֶׁר *secundum quod*, i. e. *quasi*, *ac si*; מֵאֲשֶׁר *prae eo quod*, i. e. *quam vt*; עַד אֲשֶׁר *vsque ad quod*, i. e. *vsque dum*; אַחַר אֲשֶׁר et אַחֲרֵי אֲשֶׁר, *post quod*, i. e. *posteaquam*; etc.

R. 104. a. Loco nostrarum coniunctionum Hebraei saepe adhibent praepositiones Infinitiuo praemissas;

missas; vt לְמַעַן חַלֵּל *propter profanare*, i. e. vt profanent, *Amos* 2, 7. יַעַן דַּבֶּרְכֶם *propter loqui vestri*, i. e. eo quod loquuti sitis, *Ier.* 5, 14. תַּחַת הֱיוֹתֵךְ *pro esse tui*, i. e. ideo quod fueris, *Ies.* 60, 15.

α. Particulas inseparabiles, Infinitiuo praemissas, in coniunctiones, quas Verbum finitum sequatur, saepe resoluendas esse, indicatum est supra, *Synt. Reg.* 87.

β. Nostras coniunctiones quodammodo includunt aliquae negandi particulae, quales sunt בְּטֶרֶם, מֵאַיִן, מִבְּלִי, מִבְּלֹתִי, לְבִלְתִּי, et מ, vim negandi habens, de quibus supra, *Synt. Reg.* 95. et 97.

b. Per coniunctionis relatiuae אֲשֶׁר, de qua *Reg. praec.* dictum est, ellipsin saepe fit, vt praepositiones separatae, quae cum illa componuntur, vsum obtineant coniunctionum, atque cum Verbo finito solae construantur; vt עַל לֹא שָׁמְרוּ תוֹרָתֶךָ *propter* id quod, i. e. quia, eo quod, *non obseruarunt legem tuam*, *Ps.* 119, 136. יַעַן שִׁלַּחְתָּ *propter* id quod, i. e. eo quod, *dimisisti*, 1. *Reg.* 20, 42. עַד שָׁבוּ *vsque ad* quod, i. e. usque dum, *reuersi sunt*, *Ios.* 2, 22. אַחֲרֵי הֵסַבּוּ אֹתוֹ *post* quod, i. e. posteaquam, *deduxerunt eum*, 1. *Sam.* 5, 9. בַּעֲבוּר תְּבָרֶכְךָ נַפְשִׁי *propter* id quod, i. e. eum in finem vt, *benedicat tibi anima mea*, *Gen.* 27, 4. לְמַעַן תִּחְיוּ *propter* id quod, i. e. in hunc finem vt *viuatis*, *Deut.* 4, 1.

R. 105. In quibusdam loquendi formulis vsitata est ellipsis eius membri sermonis, ex quo pendet aliud, quod illi ope alicuius coniunctionis subnectitur. Sic ante פֶּן *ne*, saepe deest Verbum הִשָּׁמֵר *cauere*; vt *nam dixi*, פֶּן תִּגְדַּל cauebo, *ne abripias*, *Gen.* 31, 31. aut Verbum יָרֵא *metuit*; vt פֶּן נִשָּׂאוֹ metuimus, *ne abstulerit eum*, 2. *Reg.* 2, 16. Praesertim

sertim in iureiurando omitti solet membrum, quod mali imprecationem continet; vt אִם אֶעֱשֶׂה *si faciam*, pro *Deus me puniat, si faciam*, i. e. iuro, me non esse facturum, 2. *Sam.* 11, 11. אִם לֹא תֵלֵךְ *si non proficiscaris*, pro *Deus te puniat, si non proficiscaris*, i. e. iurabis, te vtique profecturum esse, *Gen.* 24, 38.

R. 106. a. Interiectiones, proprie sic dictae, abrupte & absolute enunciari solent, vt cum alio sermonis membro non cohaereant; vt הוֹ הוֹ *ebeu! ebeu! Amos.* 5, 16. Interdum Nomen adiunctum habent, in vocatiuo sumendum; vt הוֹי אָחִי *ebeu! frater mi! Ier.* 22, 18. הֶאָח נַפְשֵׁנוּ *euax! o anima nostra! Ps.* 35, 25. Quaedam Nomen sibi iungunt cum praefixa ל; vt אוֹי לְנַפְשָׁם *vae animae eorum*, *Ies.* 3, 9. אֲהָהּ לַיּוֹם *ebeu illi diei! Ioël* 1, 15.

b. Vsum interiectionum obtinere possunt Verba quaedam in Imperatiuo enunciata; vt *quicquid est in corde tuo*, לֵךְ עֲשֵׂה *vade*, i. e. *age, fac*, 2 *Sam.* 7, 3. Sic לְכָה *ito*, i. e. *agedum!* et לְכוּ *ite*, i. e. *agite!* nec non הָבָה *da, cedo*, pro *age!* vt הָבָה נֵרְדָה *age! descendamus*, *Gen.* 11, 7.

Eiusdem indolis proprie est נָא *surge*, Imperat. a נָוָא *surrexit*, et hinc interiectio, fine personae, generis, et numeri, discrimine vsurpata, valensque *age*, in hortando, precando, aliaue simili orationis instantia; vt סוּרוּ נָא *recedite, agite! Num.* 16, 26. אֲקוּמָה־נָּא *surgam, age! Cant.* 3, 2. אִם יְשֶׁךָ־נָא מַצְלִיחַ דַּרְכִּי *si es tu, age*, (i. e. quod rogo, et opto,) *fortunans iter meum*, *Gen.* 24, 42.

c. Vim interiectionum accipiunt quoque Nomina quaedam, abrupte, ob adfectum animi commoti,

moti, enunciata. Tale est חָלִילָה *profanum*, pro *absit!* quod vel absolute ponitur; vt לֹא חָלִילָה תָּמוּת *profanum! non morieris*, 1. *Sam.* 20, 2. vel ope praefixae ל sibi iungit nomen aut pronomen; vt חָלִילָה לַעֲבָדֶיךָ *profanum seruis tuis!* scil. facinus foret, i. e. *absit a seruis tuis! Gen.* 44, 7. חָלִילָה לִי *profanum mihi!* i. e. *absit a me!* 1. *Sam.* 2, 30. vnde est חָלִילָה לִי מֵיהוָה *profanum mihi*, scil. facinus habeatur, *a Iehova!* i. e. Iehouae beneficio, s. Deus me seruet a tam impio facinore! 1. *Sam.* 26, 11. 1. *Reg.* 21, 3. Ita lege quoque 2. *Sam.* 23, 17. coll. 1. *Chron.* 11, 19.

In regimine poni solet אַשְׁרֵי *beatitates!* cum laeta exclamatione pronunciatum, pro *o quantae sunt beatitates!* i. e. *euge!* vt אַשְׁרֵי עֲבָדֶיךָ *beatitates seruorum tuorum!* i. e. *euge seruos tuos!* 1. *Reg.* 10, 8. Sic et אַשְׁרֵיהוּ *beatitates eius!* i. e. *euge eum! Prou.* 29, 18.

R. 197. a. Articulus ה, si substantiuum nulla ratione restrictum sit, adiectiuo, ad eandem sententiae partem pertinenti, non additur, vt כְּכֶבֶשׂ אַלּוּף *sicut agnus mansuetus*, *Ier.* 11, 19.

Praemittitur tamen tali adiectiuo articulus, si constructio sit elliptica, qua ille in pronomen relatiuum resolui possit; vt בְּיַד מַלְאָכִים הַבָּאִים *per manum legatorum, illorum venientium*, i. e. *illorum* scilicet legatorum, *qui venerunt*, *Ier.* 27, 3. *hoc tempore multi sunt* עֲבָרִים הַמִּתְפָּרְצִים *serui, illi se abrumpentes*, i. e. *illi* scilicet serui, *qui se abrumpunt*, 1. *Sam.* 25, 10.

b. Quodsi substantiuum restrictum sit per articulum, aut per regimen, aut per adfixum pronomen,

nomen, adiectiuum, ad eandem sententiae partem pertinens, etiam ipsum plerumque articulum praefixum habet; vt עַד־הַנָּהָר הַגָּדֹל *usque ad fluuium magnum*, *Gen.* 15, 18. *donec absumerentur* אַנְשֵׁי הַמִּלְחָמָה הַיֹּצְאִים מִמִּצְרַיִם *viri belli egressi ex Aegypto*, *Ios.* 5, 6. לְרֵעֲךָ הַטּוֹב מִמֶּךָּ *socio tuo meliori te*, 1. *Sam.* 15, 28.

α. Raro articulus ad adiectiuum, tali in loco, omittitur, ex praecedente substantiuo repetendus; vt הַדּוּד אֶחָד *corbis vna*, *Ier.* 24, 2. לְעֵינֵי הַגּוֹיִם רַבִּים *ad oculos gentium multarum*, *Ezech.* 39, 27. *ducentes* אֶת־הָעֲגָלָה חֲדָשָׁה *currum nouum*, 2. *Sam.* 6, 3.

β. ה substantiuo praemissa si valeat *ecce*, ad adiectiuum non repetitur; vt וְהָאֶבֶן גְּדֹלָה עַל פִּי הַבְּאֵר *et ecce lapis magnus* fuit *super ore putei*, *Gen.* 29, 2.

c. Nomini, quod constituit praedicatum, siue sit substantiuum, siue adiectiuum, articulus praefigi non solet; vt הַמָּקוֹם--קֹדֶשׁ הוּא *ille locus*, *sanctitas ille* est, *Ios.* 5, 15. בָּרוּךְ הַבָּא *benedictus* sit *is*, *qui venit*, *Ps.* 118, 26. בְּנוֹת אַנְשֵׁי הָעִיר יֹצְאוֹת *filiae ciuium huius vrbis* sunt *egredientes*, *Gen.* 24, 13. רַעַתְכֶם רַבָּה *crimen vestrum* est *magnum*, 1. *Sam.* 12, 17.

Praemittitur tamen ה praedicato,

α. si habeat vim fortiorem demonstrandi; vt אַתָּה־הוּא הָאֱלֹהִים *tu ipse* es *ille* scil. vnus et verus *Deus*, 2. *Sam.* 7, 28. מִשְׁפַּחְתִּי הַצְּעִרָה *familia mea* est *illa* familia *parua*, 1. *Sam.* 9, 21. אֲלָפִי הַדַּל -- וְאָנֹכִי הַצָּעִיר *cognatio mea* est *illa* cognatio *tenuis*, *et ego* sum *ille paruus*, *Iud.* 6, 15. אֵלֶּה הַבָּאִים *hi* sunt *illi venientes*, i. e. illi, qui venerunt, 1. *Chron.* 12, 1.

β. si valeat *ecce*, *sane*; vt וְהַחַיִל הַיֹּצֵא *et exercitus* fuit *ecce egrediens*, 1. *Sam.* 17, 20. וְהִנֵּה בָתֵּי יְרוּשָׁלַיִם

יְרוּשָׁלַיִם -- הַטְּמֵאִים *et erunt domus Hierosolymorum sane immundae*, Ier. 19, 13.

R. 108. ה interrogatiua in interrogationibus diuersis, et proxime coniunctis, repeti quidem potest; saepius tamen, vbi repetenda foret, אִם *si*, et hinc *an? an vero?* pro ea substituitur, quod fere semper fit, si interrogatio sit duorum, pluriumue, membrorum, quorum vnum alteri opponatur; vt הֲנֵלֵךְ אִם נֶחְדַּל *an proficiscemur? an vero omittemus?* 1. *Reg.* 22, 15. Conf. *Num.* 13, 18-20. *Amos.* 3, 3-6.

a. Interdum etiam in primo interrogationis membro pro ה vsurpatur אִם; vt 1. *Chron.* 21, 12. coll. 2. *Sam.* 24, 13. Idem saepius fit in interrogatione obliqua; vt *videbimus*, אִם פָּרְחָה הַגֶּפֶן *an gemmas emiserit vitis*, *Cant* 7, 13.

b. Vt in interrogandi, ita et in asseuerandi virtute ab ה ad אִם transiri solet; הֲבֵן יָקִיר־אִם יֶלֶד שַׁעֲשׁוּעִים *sane filius carus*, -- *sane puer oblectationum*, *Ier.* 31, 20.

R. 109. Particulae ו cum varii sint vsus in copulandis membris sermonis, praecipui paucis exponendi sunt.

